Milton

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
12 0
17

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
55
5 K
32

12-23-E-36

IO. ANTONII MAGINI PATAVINI

MATHEMATICARVM IN ALMO BONONIENSI GYMNASIO PROFESSORIS

De Aſtrologica ratione, ac vſu dierum Criticorum, ſeu Decretoriorum; ac præterea de cognoſcendis & medendis morbis ex corporum cœleſtium cognitione.

Opus duobus Libris diſtinctum:

Quorum primus complectitur Commentarium in Claudij Galeni Librum Tertium de diebus Decretorijs.

Alter agit de legitimo Aſtrologiæ in Medicina vſu.

His additur

De annui temporis menſura in Directionibus: & de Directionibus ipſis ex Valentini Naibodæ ſcriptis.

Ad Sereniſſimum Mantuæ, & Montiſferrati Principem

D. FRANCISCVM GONZAGIVM.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA!

VENETIIS, Apud Hæredem Damiani Zenarij. M D CVII.

Superiorum permiſſu, & Priuilegijs.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

GLi Eccellentiſſimi Signori Capi dell'Eccellentiſſimo Conſeglio di X infraſcritti hauta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoua, per relation delli doi à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquiſitor, & del circ. Secretario del Senato Gioan Marauegia con giuramento, che nel Libro intitolato Io. Antonij Magini Commentarius in Claudij Galeni de Diebus Decretorijs libro tertio, Da eſſi veduto, & letto non ſi troua coſa alcuna contraria alla Fede, Principi, ò buoni coſtumi, & ſono degni di ſtampa, concedono licentia, che poſſi eſſer ſtampato in queſta Città. Dat. die 7. Auguſti 1606.

D. Marco Contarini
D. Zuane Moro } Capi dell'Illuſtriſſimo Conſeglio di X.
D. Anzolo Correr

Illuſtriſſimi Conſilij Decem Secretarius
Ioannes Baptiſta Padauinus.

SERENISSIMO D. D. FRANCISCO GONZAGAE

MANTVAE ET MONTISFERRATI PRINCIPI.

QVAMPLVRIMOS fore non dubito, Sereniſſime Princeps, quibus mirum videatur me de Aſtrologiæ Iudiciarię parte illa ſcribere ingreſſum, quę Medicis, ac Medicinę vſui, cum pręſertim Galeni Librum Tertium de diebus Decretorijs illuſtrare commentarijs fuerim auſus homo Medicinæ artis prorſus ignarus. At vbi quę me ad id audendum cauſſę impulerint, iſti probè norint, non ſolum mirari deſinent, ſed meum probare ac laudare conſilium incipient. Multis equidem nominibus hanc prouinciam ſuſcepi. Primum Damiano Zenario bibliopolę, cui propitius vita functo ſit Deus Opt. Max meam obſtrinxeram fidem, cum primum meas ille Ephemerides denuo in lucem emiſſurus eſſet, multorum illas nō ſolum annorum incremento, ſed &

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

inſtitutionum ac tractatuum locupletare, qui & Agriculturæ,& arti Nauigatoriæ,& Aeris mutationibus dignoſcendis, & rei etiam Medicæ inſeruirent. Sed quod ad Medicinam attinet,propoſitum mihi ſolum fuerat pauculis tantummodo paginis vniuerſalia quædã mandare pręcepta ad dignoſcẽdos dies, qui propinandis medicinis,aut phlebotomiæ,aut alijs exercẽdis Medicis functionibus magis,minusve idonei,ac felices eſſent,exemplum hac in re ſequuto Stefleri, Carelli,Pitati, & aliorũ, qui Ephemerides concinnarunt. Secundo loco quotidiano ferè conuitio à me flagitabant medicinæ cãdidati, qui me præceptore ſunt in Mathematicis vſi, vt eos Aſtrologicis imbuerem præceptis ijs,quæ ad rei medicæ vſum dirigerentur. Quibus cum ego nonnulla ab ijs in exercenda Medicina ex Aſtrorum cognitione obſeruanda identidem ſubijcerem;meq́; illi rogarent,& quem in hoc ſtudio ſibi legendum ac ſequendũ Auctorem compararent;ego quos dixi ſtatim proponebam, atq; etiam, quando complures ab hinc annos editi illi,ac quia iamdiu non amplius excuſi,haud ita in promptu,atq; inuentu faciles erant, ſæpe diſcipulis meis commodabam, vt inde quod poſſent in hoc genere deſumerent. Sed cum in ijs euoluendis ſpe ſua fruſtrati,partem illam Aſtrologiæ nihilominus deſiderarent,quæ Medicinæ eam, quã ego & profitebar,& ijs oſtenderam, vtilitatem afferret, quaſi mecum expoſtulantes ad me confugiebant, & nihil eorum lectione tractatuum ſe profeciſſe dicebant;in ijs enim pauca,& confuſa ſe reperiſſe, quæ ad Medicum

nego-

negocium attinerent,quippe in ipſis omitti maximè neceſſaria,& leuia quædam,ne dicam puerilia recenſeri,ab Arabica illa ac ſuperſtitioſa aſtrorũ ſcientia mutuo ſumpta, quæ & veræ Aſtrologiæ candorem inquinauit, & Catholicæ Eccleſiæ iuſtiſſimam videtur anſam præbuiſſe,vt eandem ipſam non tam veram, quàm notham, & falſam, ac ſuperſtitioſam Aſtrologiæ profeſſionem Catholicis interdixerit. Inde factum, vt mecum complures eorum egerint,vt de hac Aſtrologiæ parte, quæ Medicinæ ſubſeruit, meo more atq; inſtituto vberius agerem, & certiora, ac potiora, quàm alij in medium afferrem, nugis interim illis Arabum valere iuſſis, & leuioribus rebus prætermiſſis. Ego verò, ne amplius moleſtiam illam exorberem diſcipulos in hac Aſtrologię parte abſq; certo aliquo eius Auctore erudiendi,atque eadem quotidie repetendi ſimul etiam ne libros à me ſuperius commemoratos diſcipulis ipſis cogerer identidem commodare cum periculo etiam ne mihi aliquot ex ijs perirent, quod non raro vſu venit; Adde & quod multo maioris eſt momenti, cum Aſtrologiam prorſus neglectā à Medicis viderem,ita vt eorum pleriq; non dubitarent hanc vt vanam quandam artem ac temerariam inſectari, & gloriam quodammodo ex eius ignoratione,atq; imperitia ſibi aucupari,quin & ſcripto deterrere eius ſtudioſos ne in hac ediſcenda tempus terrerent (idq; eo ægrius ferebam, quod in eorum numero complures eſſe intelligebam præclaræ, ac ſpectatæ in primis ſcientiæ viros, qui facilè quidquid vellent,pro conciliata ſibi auctorita-

te

te iunioribus,atque inexpertis perſuadere poſſe videban
tur) feci non inuitus, vt hanc à diſcipulis gratiā inirem,
& partem hāc pro viribus elaborarem; quin etiam non
ab re eſſe exiſtimaui Medicis ijs, qui tanto cum ſupercilio in Aſtrologiam inueherentur, alios opponere inſignes Medicos,qui hanc facultatem, & plurimi fecerint,
& cum primis vtilem, ac neceſſariam eſſe Medicis non
ſolum faſſi, verum etiam ingenuè fuerint profeſſi, quorum teſtimonia, & auctoritates id apertè comprobantes collegi ſimul, atque edidi, vt Medicos per Medicos
redarguerem. Quæ etiam fuit cauſſa,vt Galeni libellum
hunc Tertium de Diebus Decretorijs,quem ipſi germanum eſſe Galeni fętum negare, & inter ſpurios referre
non poſſunt,commentarijs illuſtrarim. Maximè autem
omnium ad hæc elucubranda me officij mei munus impulit, nefas enim eſſe exiſtimabam quod à Domino talentum acceperam, eius tanquam à me in terris de induſtria abditi vtilitatem ſtudioſis inuidere; & quaſi ſcelus
admittere mihi videbar,ſi Medicinę ipſi hanc à me operam tantum non emiſſa voce petenti denegarem; hoc
præſertim tempore, quo in Aſtrologia Iudiciaria non
ita liberè verſari Medicis licet,quemadmodum patrum
noſtrorum memoria licebat Cur igitur hæc ſcripſerim,
cauſsā vides,cur autem hęc eadem Celſitudini tuę,Princeps Sereniſſime,nuncupata voluerim,facilè ſuſpicari potes. Iam pridem inter deuotiſſimos Sereniſſimi parentis tui clientes ego haud infimo,ſed quæ ſumma eius benignitas eſt,perhonorifico loco ſum receptus,& dignus

ab

ab eo exiſtimatus, qui te atque Excellentiſſimum D. D. Ferdinandum fratrem tuũ in Mathematicis erudirem, Ergo meę mihi videbantur eſſę partes, vt ſummam meã in te obſeruantiam quamprimum teſtatam poſteris relinquere; atque in rem meam maxime erat, tuum huic libro patrocinium aſciſcere, vt tuus à Zoilis, atq; obtrectatoribus in manibus ſtudioſorum verſaretur; tuoque in primis teſtimonio, tuaq; fultus auctoritate vnicuique facile perſuadere poſſet, me Aſtrologiam ita profiteri, atq; exercere, vt eos terminos, ac fines ne latum quidem vnguem tranſiliam, quos mihi Catholica Romana Eccleſia circundederat, cui ego iudicium ac ſententiam meam in rebus omnibus, qua decet reuerentia ſubijcio. Iure igitur optimo nihil decentius, nihil mihi conſultius exiſtimaui, quàm ſi meas haſce vigilias Celſitudini tuæ dicarem. Claudenda nunc mihi laudum tuarum commemoratione eſſet Epiſtola, Princeps humaniſſime, ſi vel illæ meo indigerent præconio, vel ego ea eſſem dicendi facultate præditus, vt eas poſſem pro dignitate conſcribere. Verum is eſt tuarum verè heroicarum virtutum fulgor, vt ad eas admirandas potius, quàm commemorandas non me ſolum, ſed eloquentiſſimũ quemque incitare videatur. Quas ſi quis in tuis præclariſſimis dictis, factisve non poſſet, at in venuſtate, ac ſpecie illa tua ſummo digna Imperio contemplari abundè poſſet; in illa inquam & vultus tui verè regia maieſtate, & totius corporis dignitate, quæ tuos ex nobiliſsima Italicarum Gonzagia familia depromptos, atque etiam è Cæ-

ſareo

ſatco genere delibatos ſpiritus tanquam egregia quædam pictura intuentium oculis offert, atq; egregie repreſentat. Vnde illud dimanat acumen ingenij ſingulare, prudentia in adoleſcente ſenilis, altitudo animi incredibilis, facundia inenarrabilis, humanitas eximia, in fouendis ſtudijs litterarum, litteratisq; viris ſumma alacritas. Quæ mihi ſpem haud exiguam facit, fore ſcilicet, vt huius libri patrocinium clementiſsime ſuſceptum conſtantiſsime retineas, & mihi ad maiora meæ in te obſeruantiæ edenda monumenta animum addas. Quod te vt facias enixe præcor, quemadmodum Deum Optimum Maximum aſsiduis deprecor votis, vt tibi Neſtoreos ac feliciſsimos elargiatur annos, meque Serenitati tuę humilime commendo.

Bononiæ 24. Ianuarij 1607.

Serenitatis tuæ

addictiſſimus

Io. Antonius Maginus.

IO. ANTONIVS MAGINVS CANDIDO LECTORI S.

TRACTATVRI nunc illam Aſtrologiæ partem, quæ Medicinam non parum adiuuat, ingenij noſtri vires debiliores eſſe agnoſcimus, quàm vt tanto ferendo ſint oneri: quippe eruditi quidam homines huic parti adeò detraxerunt, vt vanam eam, falſamq́; eſſe non communi ſolum plebeculæ, verum etiam doctiorum nonnullis iam penè perſuaſerint. Nec mirum, quamplurima enim, quæ nonnullorum temeritate in nobiliſſimam ſcientiam irrepſere incommoda, facillimè rudiores præſertim potuerunt deterrere: quippe cùm reperiantur complures, qui vix dum prælibata artis Rudimẽtorum, ſeu Ephemeridum cognitione Aſtrologos ſe eſſe opinati, eò temeritatis deuenerint, vt Calẽdaria, & Prognoſtica conſtruere, & de rebus grauioribus iudicia ab omni veritate aliena facere non ſint veriti. Alij (grauius auſi nefas) profana ſortilegia, & damnatas artes varia ſuperſtitione, ac improbè exercentes ſacrilegas ſuas prædictiones Aſtrologiæ nomine conati ſunt occultare. Alij denique ſaniore quidem conſilio hanc noſtram ſcientiam emenſi, & Medicinam ipſam ſine hac vacillare, Medicumq́; ipſum tanquam cæcum abſque ductore in incertum ferri probè cognoſcentes, præcepta artis tradere, & Aſtrologiam Medicinæ copulare audaciore quidem, quàm fæliciore conatu aggreſſi ac demum in ſuperſtitioſas Arabum, & licentioſorum ſcriptorum ambages illapſi, ac immerſi permixtis vndequaque vanioribus iudicijs rem omnem confuſo, ac incerto ordine tractauerunt. Hinc tot in ipſam Aſtrologiam conuicia, tam acerbæ cauillationes, atque indignæ calumniæ originem traxere. Quæ ſi quis diligentius animum aduerterit, non artis, ſed imperitorum artificum eſſe errata facilè co-

gnouerit. Sunt enim hac noſtra tempeſtate nonnulli Aſtrologiæ omnis penitus inſcij, licet alioqui aliarum ſcientiarum cognitione præditi, qui publica voce contra omnium peritiorum, ac veterum tam Philoſopho-rum, quàm Medicorum auctoritatem in Aſtrologiam inuehi, & nihil hanc pro Medicina poſſe, nullius eſſe vſus proclamare minimè dubitent. Equidem complures, qui Philoſophiam, ac Medicinam aliquà cum laude & gloria publicè profitentur mirari ſatis non poſſum, dum antiquorum, & prædeceſſorum ſuorum ſententijs, ſcriptisq́; Aſtronomicis multorum annorum experientia, & longa obſeruatione comprobatis fidem omnem abrogent, cum tamen ijs ipſis quid damnent nequaquam conſtet. Primos Aſtronomiæ fontes extremis ſaltem labris primum delibaſſe, ac pharmacis ſuis, quotidianæq́; agrorum curæ immiſcuiſſe par erat, vbi per experientiam edocti palato ſuo nequaquam arridere ſenſiſſent, tum demum ingrati ſaporis cauſſas afferre, ac quà in parte deficerent edicere ipſis licuiſſet. Cum igitur huiuſmodi virorum, qui rem ipſam in dicta cauſſa damnarunt, ſententia nihil morari nos debeat, ſat egiſſe videamur, ſi quos Aſtronomiæ ſtudioſi ſucceſſu temporis vberrimos fructus ab hac ſcientia recipiunt breuiter oſtendemus. Per hanc enim Philoſophiæ partem, Aſtrologiam dico, diuinam atque admirabilem Dei prouidentiam agnoſcimus, vt qui cælo tanquam inſtrumento pulcherrima ſtellarum varietate adornato vtitur, quo hæc inferiora à ſe creata gubernet, ac moderetur: ideoq́; præfixum, ac certum ſyderibus motum ordinemq́; præſcripſit, quem tamen ipſe inhibere, refrenare, & inuertere potentia ſua (vt vocant) abſoluta facillimè poſſit.

Sic quondam motum Solis diurnum inhibuit, ita vt ipſum ſiſteret, quouſque Ioſue inimicos profligaſſet. Sic miraculoſum illum Solis defectum in morte Seruatoris noſtri cõtra naturæ ordinem euenire voluit, cùm re vera in illud tempus luminarium incidere oppoſitio deberet. Cumq́; cælum vario, ac concinno ordine, motuq́; moueatur, & cum penè tot admiranda complectatur, quot ſtellas in ſe continet, cur hæc fruſtra & ſine cauſſa ab illo omnis ſapientiæ fonte eſſe facta ſuſpicabimur? Cur vires cælo in humanam naturam, hoc eſt in corporis humani temperaturam, quas in cætera omnia, quæ ſub Luna ſunt, natura conſtantia quotidie ſemperq́; effundi videmus, denegabimus? Elementa profecto à vario ſyderum nunc ortu, nunc occaſu affici nemo ſanæ mentis

tis negauerit: atqui hæc eadem in nos agere quis eſt, qui non experiatur? Qua fronte obſecro diſsimulant Medicinæ totius Principum auctoritates ac teſtimonia, Hippocratis dico, ac Galeni, nunquid hos damnabunt, quod Aſtrologiam Medicinæ coniunxerint, quos permulti quoque celeberrimi Medici ſequuti olim fuerunt, & etiamnum ſequuntur? Vnius Galeni auctoritas deberet ſufficere, qui in libello, cui titulus eſt: Si quis ſit Medicus, eundem eſſe Philoſophum. deridet eos Medicos, qui negabant Medicis neceſſariam eſſe Aſtronomiam: quinetiam in Libro octauo de ingenio ſanitatis cap. 20. homicidas appellat Medicos Aſtronomiæ ignaros. Peruoluant quæſo attentè Tertium ipſius Galeni Librum de diebus Decretorijs, quem breui commentario, quantum ad Aſtrologiæ cognitionem attinet pro virili noſtra dilucidiorem reddere non grauabimur, vbi quidem ſatis clarè percipient non tantum requiri in Medico ſimplicem aliquam Aſtrologiæ cognitionem: verum etiam genituræ ipſius ægri inſpectionem, vt fauſtos ægri dies, ac infauſtos cognoſcat, atque etiam vt ægritudinis exitum finemq́, vel ad ſalutem, vel ad mortem præuideat Aſtrologicis coniecturis. Nunc autem præſtantium Medicorum afferamus catalogum, qui Aſtrologiam laudarũt, ac cum medicina coniunxerunt, mihi à celeberrimo noſtræ ætatis Medico Do. Hieronymo Rubeo Rauennate communicatum, qui maxima ſui cum laude, atque ægrotantium vtilitate Medicinam cum Aſtrologia quam egregiè callet, exercet. Sic enim ait Rubeus.

Aſtrologiam plurimum Medicinæ vtilem, ac potius neceſſariam eſſe, qui Hippocratis, & Galeni libros legerit, negabit nemo. Hippocrates enim lib. 1. de Diæta, Aſtrorum ortus, & occaſus Medicum cognoſcere oportere inquit, quo mutationes & exceſſus ciborum, ac potuum, & ventorum, & totius mundi, ex quibus ſanè morbi hominibus oriuntur, obſeruare ſciat; & libris de aere, aquis, & locis non ſemel, ſed bis affirmat, non minimam partem conferre ad rem medicam, ſed omnino plurimam: cum vnà cum temporibus & ventriculi in hominibus mutentur: oportereq́ ſolſtitia cognoſcere, & Aſtrorum exortus conſiderare, præcipuè Canis, deinde Arcturi, & Pleiadum occaſum: morbi enim in his maximè diebus iudicantur, alijq́ pereunt, alij verò deſinunt, aut in aliam ſpeciem, aliumq́ ſtatum tranſmutantur. Neque verò hæc ſcribit Hippocrates, vt ea ſolum dum adſunt, à Medico qualia ſint, conſiderentur: ſed etiam antequam adſint, ad præſagiendos, præcauendosq́

morbos. Nam ait, ſciens horarum mutationes, & Aſtrorum ortus, & occaſus, vt vnumquodque eorum fit, praecognoſcet vtique annum, qualis nam ipſe futurus ſit. Sic ſi quis ſcrutatus fuerit, & praeuiderit tempora de vnoquoque maximè ſciet, & plerumq; ſanitatem conſequetur, & recta via procedet, non minima artis ſuae gloria. Praeterea cum ſcribit primo Epid. ſect. 3. in principio, morbos cognoſci non ſolum ex tota, ſed etiã ex partiali, ſeu, vt alia habet verſio, ſingulari conſtitutione cœleſtium, quid aliud innuit quàm ſingulares cuiuſq; geneſes, praeter generalem conſtitutionem aſtrorum? Qui enim id ad temperamentum aeris referunt, fruſtra cœli nomen additum fateantur neceſſe eſt, ſatisq; fuiſſet dicere, cõſtitutionem, quod plurimum breuitati Hippocratis conuenit: ſed de hoc non valdè pugnauerim.

Galenus verò ita apertè id tradit, vt negari omnino non poſſit, ſi quidem lib. 3. de diebus Decretorijs cap. 6. ſcribit, ineunte alicuius morbo, ſi Lunae ingreſſus, & tranſitus in loca illius geneſis benefica maleficavè animaduertantur, ſalutares & moleſtos dies cognoſci: neque in morbis ſolum, ſed in ſecunda etiam valetudine. Quod quamquam ab Aegyptijs Aſtronomis inuentum eſſe dicit, ſe quoque tamen obſeruaſſe, & veriſſimum comperiſſe teſtatur.

Auicenna ad hos accedit, qui de cauſis peſtilentiae ſcribens, & in canticis de aere affirmat, ſi ſtellae quae dicuntur infortunatae fuerint in locis ſuarum dignitatum, corruptionem animatorum ſignificaturas. Si verò quae fortunatae dicuntur fuerint ibidem, ſalutem eorum oſtenſuras.

Petrus Aponenſis in Cõciliatore ſuo Differentia Decima non ſolum idem affirmat, ſed multis id rationibus comprobat, latiſſimeq; in eos diſputat, qui contrariam opinionem tuentur.

Guido è Cauliaco vir egregiè doctus, qui cum diu Chirurgicen in florentiſſimo tum Montiſpeſſulani Gymnaſio docuiſſet, Clementis Sexti P. M. chirurgus fuit, & de illa conſcripſit opus ita inſigne, vt olim praelegi in publicis Gymnaſijs conſueuerit, de peſtilentia tractans, qua ſuo tempore ſauijt, eam potiſſimum Saturni, Iouis, & Martis congreſſui tribuit, qui in 14. Aquarij gradu praeceſſerat, teſtaturq; ſe de Aſtrologia librum feciſſe.

Ioannes quoq; Arculanus Veronenſis, qui Borſo duce in Ferrarienſi Gymnaſio magna cũ laude medicinã docuit, fecitq; Auicennã de febre peſtilenti explicãs, ab illius ſententia, quã ſcripſimus, nequaquã recedit.

Hiero-

Hieronymus Manfredus Bononienſis Medicus, ſcriptis ad Ioannem Secundum Bentiuolum Hannibalis primi filium, de morbis curandis proloquijs centum, idem teſtatus eſt.

Petrum Leonem, qui Nicolao Leoniceno teſte, inter alios Medicinæ profeſſores maxima meruit Patauij docens ſtipendia, maximi Aſtrologiam feciſſe, notiſſimum eſt, & ex Pauli Iouij elogijs facilè cognoſci.

Marſilij Ficini viri clariſſimi grauis auctoritas hoc loco prætermittenda non eſt, qui paſſim & in Epiſtolijs ſuis, & libris de tuenda valetudine producendaq; vita, & de peſtilentia, Aſtrologiæ decreta ad Medicinam adiungit.

Matthæus Curtius Ticinenſis, cui tanta fuit eruditio, vt in omnibus Italiæ Gymnaſijs interpretando, ac diſputando primum ſemper locum obtinuerit, dum Ioannis Pici rationes in ſecundo Aphoriſmorum, de diebus Criticis, refellit; ſententiamq; Galeni ex tertio de diebus Decretorijs explicat, à Luna criſes fieri in morbis ex illius curſu, & aſpectibus tradit.

Idem de Martino Acachia Catalaunenſe Medico celeberrimo dicendum eſt, in primum librũ Galeni ad Glauconem propè finem, de diebus item Decretorijs ſcribente, qui duplici nomine Lunam in morbis, præcipuè acutis, habere imperium dicit; lumine & configurationibus, exactioremq; cognitionem Medico eſſe ab Aſtrologia petendam affirmat.

Hieronymo autem Fracaſtorio Veronenſi, ob inſignem doctrinam magno appellato, adeò id verum viſum eſt, vt omnem etiam morbi Gallici originem aſtris acceptam tulerit libro de contagioſis morbis, & in ſyphili verſibus ita elegantibus Latinè exarata, vt Petrus Bembus aliquando ſcripſerit, eandem muſam Virgilio, & Fracaſtorio fuiſſe ducẽ. Is igitur nihil aliud eſſe poſſe inquit, quod in tot regiones tanto inter ſe ſpatio diſſitas potuerit aerem tam malè afficere, niſi cœli & ſyderum conſtitutiones, & eæ quidem, quæ & rarò accidunt, & magna, cum accidunt, poſſint efficere, & quidem hunc morbum antequam accideret, ab Aſtrologis fuiſſe prædictum, tradit.

Ioannes Baptiſta Montanus item Veronenſis eius æqualis, qui primo loco cum inſigni laude Medicinam Patauij explicauit, in diebus Decretorijs ex ſecundo Aphoriſmorum declarandis, Aſtrologiæ vtilitatem in Medicina maximam eſſe patefecit.

Oddum de Oddis Patauinum, vt his adiungam, & doctrina illius celebritas,

britas, & eadem cum ſuperioribus ſententia perſuadet. Nam & Pauij publicè medicinam aliquandiu docuit, & Venetijs multos eam annos exercuit, denuoq; ad Medicinam eandem explicandam à Senatu Veneto redire Patauium iubetur, ac penè compellitur. Is igitur ſuis de peſtilentia libris, & ſingulares ſyderum cõſtitutiones, aſpectusq; narrat, quibus peſtilentia ſolet generari, & ait potuiſſe ex varijs euentis à ſe & alijs diuerſis temporibus ſæpè obſeruatis, ſi non demonſtratione ſaltem ratione, non modicam fidem afferente Galeni & Auicennæ ſententiam, de qua dictum eſt, comprobare, & à cauillis Pici Mirandulani tueri. Sed quia id longè ab eius tum inſtituto aberat, & quod ad dies Decretorios attinet, id Aphoriſmo vigeſimoquarto ſecundæ partis perfecerat, iure miſſum facere.

De Ioanne Fernelio tali ac tanto viro nihil eſt, quod dicam, quando ipſe ſecundo de abditis rerum cauſis libro, id latiſſimè & grauiſſimè, vt ſolet, diſputat, grauemq; eſſe illorũ ſtupiditatẽ ait, qui ſydera nihil in aera, niſi calorẽ, aut frigus, imbres aut ſiccitatem lumine motuq; ſuo inducere contendunt: nullamq; cognitionem, inquit eſſe ad præcauendos, perſanandosq; peſtilentes morbos, cœleſtis configurationis cognitione, præſtantiorem, peſtilentemq; annum fore ex ſola ſyderũ commixtione, quæ illius eſt procreatrix, prauideri poſſe, obſeruatq; omnes Aeſtates æquè feruidas non eſſe, aut ſiccas, nec omnes Hyemes pariter rigere, aut humeſcere, idcirco non niſi diuerſæ ſyderum commixtioni eam diuerſitatem acceptam referendam eſſe, aliamq; commixtionem imbres, aliam ſerenitatem inducere, aliam Auſtrinam, aliam Aquiloniam, aut tempeſtatem huiuſmodi inducere, cum Solis curſus, & primus motus ſemper ſui ſimiles ſint.

Iacobus Hollerius, Stephanus Gallus, Philippus Ingraſſias Siculus Archiater, celeberrimi Medici de peſtilentia tractantes, idem teſtantur. Idem de diebus Decretorijs Ioannes Planerius Quintianus Brixienſis.

Hieronymum Cardanum Mediolanenſem prætereo perinde, ac omnibus notum, quando ipſe, cum alibi tum in ſecundum Ptolemæi librum de Aſtrorum iudicijs, de ſchemate octo laterum ad dies criticos, morbiq; progreſſum cognoſcendum, pluribus tractauit.

Baccius Baldinus Coſmi Medicis magni Ducis Hetruriæ Medicus, dum librum Hippocratis de aere, aquis, & locis interpretatur, in eadem,

dem, quæ ſuperiores, ſententia eſt, diſputationemq́; proponit, an Medico Aſtrologia Iudiciaria vocata vtilis ſit, aitq́; ſententiam Galeni tertio de diebus Decretorijs ſibi maximè placere, ſcilicet Iudiciariam Aſtronomiam eſſe medicinæ maximè vtilem, & qui eam damnant, ſophiſtas eſſe, qui in plateis, & publicis vrbium locis quotidie ſtrepunt, vt ait etiam Galenus.

Succedat his Petrus Salius Diuerſus Fauentinus, Medicus planè egregius ac doctiſſimus, qui in libro de febre peſtilenti, peſtilentiam cenſet aliquando ab aſtris, nihil inferioribus cauſis ad hoc conferentibus gigni, prout variæ ſydera, vel in idem coeunt, vel ad diuerſa reſpiciunt, huiuſmodiq́; morbos ab Aſtrologis prædictos fuiſſe affirmat.

Idem Michaeli Mercato Miniatenſi de peſtilentia ſcribenti viſum eſt, qui de præcauēdis etiam venenis tradens, ex ſententia Antonij Guaineri Medici centum iam & quinquaginta annis clariſſimi monet Principes, vt caueant, ne eorum geneſes hoſtibus innoteſcant, inde enim magna eorum corporibus accidere incommoda.

Hucuſque Hieronymus Rubeus. Sed his adiungi poſſunt à nobis alij quoque Medici, qui Aſtrologiæ fauerunt, atque etiam qui de diebus Decretorijs Aſtrologicè tractarunt, vel Aſtrologiæ præcepta ad rem medicam facientia conſcripſerunt. Itaque

Arnaldus Villanouanus Aſtrologica quædam ad Medicinam facientia in ſuo medicinalium operum magno volumine conſcripſit.

Bernardus Gordonius in ſuo Lilio medicinæ quædam Aſtrologica ad medicinam attinentia tractat de prognoſticis particula quinta cap 6. & ſequentibus.

Iacobus Antonius Mariſcottus Florentinus Medicus interpres illius libelli de decubitu ex Mathematica ſcientia Galeno adſcripti ſe Aſtronomiæ fautorem declarat, dum ait, illum libellum eſſe magnæ experientiæ, pleriſque tamen neglectum, quia plerique etiam diuinæ ſunt Aſtrologiæ ignari. E quibus aliqui ob id ipſum quòd illam ignorant, eandem etiam contemnunt.

Franciſcus Valeſius libro ſeptimo controuerſiarum medicarum & philoſophicarum c. 18. cenſet non eſſe aſpernandas Aſtrologicas obſeruationes in ſanguinis miſſione, & expurgatione: atque libro decimo comprobat Galeni opinionem de diebus Decretorijs, nempe illos a cœleſti cauſſa dependere, hoc eſt à motu corporum cœleſtium.

Petrus

Petrus Foreſtus Reip. Delfenſis Medicus Aſtrologiam profeſſus fuit cum Medicina coniunctam, & in quod ſuo opere ſtatum mulieris Aſtrologicè examinat, quæ ab anno 16. ſuæ ætatis vſque ad annum 27 perpetuo lecto decubuerat.

Cornelius Gemma Louanienſis Medicus, Philoſophus, ac Mathematicus inſignis, ac filius Gemmæ Friſij Medici, ac Mathematici egregij, quantum Aſtrologiam tanquam Medico ſummè neceſſariam magnifecerit apparet præcipuè in primo libro Artis cyclognomicæ, dum capite octauo ſic ſcribit. Patet vſus eiuſdem Lunæ vberrimus in arte Medica, quod poſt coniunctionem Solis & Lunæ commodiores fermè ſint venæ ſectiones, purgationes per vrinam atque ſudorem, & quæcunque à centro corporis ad eiuſdem circumferentiam ducunt, propter motus Lunaris analogiam: Contra digrediente Luna ab oppoſito Solis magis & vomitus ſolent ſuccedere, & alui purgatio, ſi modò & ægri vires, morbi tempus, & vtriuſque natura vniuerſa conſentiat: nec interim obſint congreſſus malefici, vel irradiantium ſyderum loca. Nec dubium quin & planetæ, vel ſtellæ cæteræ pari prorſus ratione ad Solem collatæ, vel ad Eclipticam vires vbique particulares conferant, vnde in rebus naturæ arcana plurima colligantur, præſertim quæ in dierum Criticorum ambiguo lapſu, in excitandis tempeſtatibus cœli, & popularibus morbis, in adhibendis humano corpori ſalubrimus medicamentis exigi conſueuerunt.

Lucius Bellantius Medicus Senenſis ſcripſit de diebus Decretorijs quædam, quæ habentur in opere Lucæ Gaurici de eadem materia, atque etiam de yſdem diebus Criticis egit idem Bellantius in ſuis quæſtionibus de Aſtrologica veritate contra Ioannem Picũ Mirandulanum quæſtione decimaquarta articulo tertio, & quarto.

Aucto-

Auctores qui ex profeſſo de Aſtrologia Medico neceſſaria conſcripſerunt, atque de diebus Decretorijs Aſtrologice tractarunt.

HERMETIS ſeu Mercurij Triſmegiſti Iatro Mathematica, hoc eſt Medicinæ cum Mathematica coniunctio interprete Ioanne Stadio. Hic liber habetur in Iſagogicis Ephemeridum Io. Stadij, & eſt idem cum libello à Thoma Boderio inſcripto Mercurij Triſmegiſti de decubitu infirmorum, & cum ipſius Boderij opere impreſſo.

Hippocratis de ſignificatione mortis & vitæ ſecundum motum Lunæ & aſpectus planetarum Lugduni 1550.

Prognoſtica de decubitu ex Mathematica ſcientia liber Galeno adſcriptus. Venetijs apud Damianum Zenarium vnà cum Ioanne Haſfurto. Et habetur etiam cum operibus Galeni.

Amicus Medicorum Ioannis Ganiueti Lugduni 1550.

Io. Haſfurti Medici de cognoſcendis & medendis morbis ex corporum cœleſtium poſitioni libri 4. Venetijs apud Zenarium.

Abrahe Auenaris de luminaribus & Criticis diebus Venetijs.

Ioannis Guidonis Villarienſis Medici Pariſini de temporis Aſtrorũ, annique partium integra atque abſoluta animaduerſione libri duo Pariſijs 1543.

Aſtrologiæ ad Medicinam applicatio breuis, deque conuenientia earundem canones aliquot Iacobi ſcholl. Argentorati 1537.

Artificium de applicatione Aſtrologiæ ad Medicinam deque conuenientia earundem Georgij Collimitij Tanſteteri Medici, & eiuſdem de ratione dierum Criticorum, & de miniſtratione pharmacorum & phlebotomia. Argentorati 1531.

Medicina Aſtrologica Cornelij Schylandri Medici Brabantini, Antuerpiæ 1575.

Auguſtini Nyphi Sueſſani Philoſophi & Medici de diebus Criticis, eu decretorijs. Venetijs 1519.

Friderici Chriſogoni Iadertini Medici de prognoſticis ægritudinum per dies Criticos. Venetijs 1528.

Lucæ Gaurici de diebus decretorijs tractatus duodecim. Romæ 1545.

c De

De ratione & vſu dierum criticorum opus recens natum; in quo mens tum ipſius Ptolemai, tum aliorum Aſtrologorum hac in parte dilucidatur. Authore Thoma Boderio. Pariſijs 1555.

Michael Angelus Blondus Medicus de diebus Decretorijs & Criſi Roma 1544.

Angerij Ferrerij Toloſatis Medici de diebus Decretorijs ſecundum Pythagoricam doctrinam, & Aſtronomicam obſeruationem Lugd. 1602.

Federicus Bonauentura Vrbinas in ſexto libro ſui tractatus de Octimeſtri partu diſputat, ac agit de diebus Criticis à cap. 6. vſque ad c. 46. & defendit Galenum contra Ioannem Picum, Fracaſtorium, Manardum, Valeriolam, & Valeſium, quam diſputationem ante æditionem præſentis voluminis mihi videre non contigit quamuis inter mea bibliotheca libros haberem opus illud Bonauenturæ de Octimeſtri partu ex dono ipſiuſmet Auctoris mihi ab Auctore ipſo dono miſſum.

INDEX

INDEX CAPITVM
TERTII LIBRI
CLAVDII GALENI
De diebus Decretorijs.

Cap. 1. QVID oſtenſum ſuperioribus libris, quid hoc agendum. pag. 1.a
2. De vi aſtrorum in hæc inferiora corpora, & maximè de Solis & Lunæ actione. pag. 3.a
3. Quo tempore Lunæ actiones fortiores, aut imbecilliores exiſtent. pag. 11.b
4. Quo tempore Luna in nos agere incipiat, quotque diebus. pag. 14.a
5. Menſem, & inferiora omnia per ſeptimanas à Luna immutari. pag. 16.b
6. Qui ſalutares, aut infecti dies ſanis, aut ægrotis futuri ſunt, ex Luna prænunciari poſſe. pag. 20.b
7. In acutis morbis ſummam vim obtinere ſeptimanas: in diuturnis ortus ſyderum, quibus anni tempora variantur: itemq; illis coincidentes plures ineſſe iudicatorios, in his circuitu magis ſeptimanarum fieri iudicationem. pag. 24.b
8. Primum diem inter indicatorios non enumerari, & quæ cauſſa dierum coincidentium. pag. 27.a
9. Cur vigeſimus fortior vigeſimo primo; & quod ſeptimanæ, ac cætera tempora iudicatoria integris diebus nequeant numerari. pag. 30.a
10. Quibus, & qua de cauſſa tertium hunc de diebus iudicatorijs librum Galenus compoſuerunt. pag. 35.b
11. Aduerſus eos, qui nugantur de numerorũ dignitate. pag. 36.a
12. Quæ hactenus monſtrata ſunt, & cur quaterniones aliqui cæteris neceſſario iungantur, aliqui ſeparentur. pag. 37.a
13. Quis propriè acutus morbus, quis tardus, quis breuis, quis longi temporis dicatur. pag. 37.b

Errata

Pagina	Errata	Correcta
Pagin 1.b.lin.10.	qua	qua
2.b.lin.2.	ſinalis eſt	ſinalis, quæ eſt
3 a lin 4.	in hac	in hoc
3.b.lin 5.	continuus	contiguus
4 b.li.vlt.	latens	latens
5.a.lin.30.	ipſe	ipſa
7.a.lin.3.	reliquam	reliquum
7.b lin. 2	At enim	Ait enim
9 a lin.26	ſplendere	ſpenderem
10.b lin 34.	Solis	Soli
14.b lin.17.	mire	nunc
ibid lin.19	particula	particula
16.a.l antep	ſumebant	ſumebat
18.a lin 8.	opinionem	opinionum
19 b.lin.27.	ſeptimanas	ſeptimanos
20.b.lin.23.	ſemetipſos	ſemetipſo
21.b.lin.15.	afferat	afficet
22.a lin.33.	noſtres tractatus deſcribtatis	noſtri tractatus deſcribentur
22.b.lin.19	nomine	non ne
ibid.l antep.	Hippocrates	Hippocratis
23 a.l ãtep.	deiectionem	directionem
23.b lin.21	ſingularum	ſingularem
24.b.lin.11.	&	ex
ibid. lin.23.	moibus	morbos
26.a.lin.19.	ſin	ſi
32.b.lin 7.	ſexageſima	ſexageſimam
37.a.l.penu.	decimeſeptimo	decimoſeptimo
38.b.li. vlt.	cõmedum	commodo
41.a lin 4.	cognita	congenita
43.a.lin.7.	cenſibus	ſenſibus
ibid. lin 24.	potentia	potentiam
44.b.lin 1.	humerum	humorum
ibid lin. 24.	ſi	ſic
ibi. l penult.	opponimus	opponimus
50.b.lin.17.	nullam exilẽ	nullã, vel exilẽ
51.a.lin.12.	reuolutione	reuolutione
52.a.lin.19.	quàm	quam
55.a.lin 14	ponatur	ponantur
ibid. lin 37.	quod ſit	quo ſit
56.a.lin.34	pertigerit	pertingerit
ibid. lin.40.	dominus	domini
57.a.lin.8.	verſatur	verſantur
ibid. lin.18.	detimendam	definiendam
57.b.l.penu.	dentum	dentium
58.b.lin.32.	caleſtes	caleſti
62.b.lin.36.	Tradominatur	prædominãtur
63.a.lin 33.	quò,	quod
65 a.lin.15.	octogena	octogona
70.b.lin.14.	luna	luna
ibid lin.35.	doctum	doctorum
71.b.lin.27.	infortunam	infortuna
72 a.lin.28.	Solis	vel Solis
ibid. lin.37	nec	nec non

Pagina	Errata	Correcta
Pag.72.b.lin.20.	qua	qua
74 a lin.12.	actiuum	actiua
78 b.l penu.	qua ſitum	quam ſitum
79.b lin.17.	minora	minera
80.b.lin.2.	Perrerij	Ferrerij
81.b.lin.21.	minuti	minuta
82.a.lin.2.	eiuſdem	cuiuſdam
82.b.lin.7.	horoſcopum	horoſcopi
ibid. lin.12.	horoſcop ihortis	horoſcepo hoſtis
84.b lin.7.	martis	mortis
85.b lin.4.	Sole ſigna	Sole ſigni
86.a.lin.9.	ſecius	ſecius
89 a.lin.7.	obtuſu	obtutu
91.a.	in figura vbi in prima domo ponitur ♃ 19. lege ♑ 19.	
94.a lin.2.	Triandula	Tirundula
94.b.lin.16.	Friandula	Tirundula
95 a lin.1.	pœna	penè
97 b.	deleatur prima linea tanquã ſuperflua.	
ibid. lin.4.	eo quod	eoq;
98 a lin.8.	a ſcilicet	anno ſcilicet
98.b.	in figura dele ♑ 16.36. poſt lineã duodecimæ domus, & ſcribe in linea primæ domus ♑ 16.36. deinde in linea ſecundæ domus ſcribe ♒ 19. & in linea ſeptimæ domus ſcribe ♋ 16.36.	
100.b. l.33.	Saturno	Saturnus
104.b.	è regione anni 36 lege 35 29 0. & è regione anni 37. lege 56.10.55.	
106.a.	è directio gr.24.lege 24.128.11. & è directo gr 50 lege 50 267 16. & è directo gr.91 lege 92 121. 21 g. 92. lege 93 127.5 & gr. 93.lege 94 132.14.	
107.b.l.2.	quarum	quorum
ibid.penult.	vnius	vnicus
108 b.l.23.	Ergo	Ego
109 a. l.20.	tranſmittunt	tranſmittuntur
ibid.lin.vlt.	receſſum	neceſſum
109 b.l.21.	poſuerit	poſuerit
ibid.lin 35.	exceuiat	excedunt
ibid. lin 36.	circulum	calculum.
113.b.l.16.	ſiniſtrum ♄ quadrãtem	ſiniſtram ♄ quadraturã
114.a. l.11.	radicalem	radiculam
117 b.l.vlt.	portionum	poſitionum
118.a.l.10.	intercictionib.	interſectionibus

IO. ANTONII MAGINI PATAVINI MATHEMATICARVM IN ALMO BONON. GYMNASIO PROFESSORIS

COMMENTARIVS IN CLAVDII Galeni de diebus Decretorijs Librum Tertium.

ARGVMENTVM LIBRI.

Agit de cęleſti ac de materiali cauſa dierum Iudicatoriorum, ex quibus & ipſorum ordo & facultas pendet vniuerſa.

Quid oſtenſum ſuperioribus libris, quid hoc agendum. Cap. Primum.

QVi iam cauſas, cur non in omnibus diebus morbi iudicentur, conſiderare melius eſſe duxerit, is hæc ſibi compoſita eſſe cenſeat. Et quidem inuentionis dierum decretoriorum principia fateri conuenit, quemadmodum etiam ſuperiore commentario dictum eſt. Sunt autem genere duplicia, nempe experimentum & ratio. Experimentum ſanè, quòd non omnes ſimiliter dies de morbis decernant euidens affert teſtimonium: quodque circuitus ſe-

ptimani validiſsima ſint virtute præditi: poſt hos quaternarij: quidam verò extra hos coincidant: immo quod nec omnes ſeptimanę inuicem ſeparentur, ſed aliquæ ipſarum etiam coniungantur: nec omnes quaternarij, ſed ex ijs quoque alij ſeiungantur, alij coniungantur: inſuper quod acutis morbis impari dierum numero, longis pari iudicia maxima ex parte accidant. Omnia huiuſmodi, quę prius recenſui, experientia ſatis approbat.

IOAN. ANTONII MAGINI COMMENTARIVS.

CVM eam Aſtrologiæ partem, quæ Medicus maximè indiget, pertractare nobis propoſuerimus, operępretium viſum eſt primo loco eruditiſſimum libellum Tertium de Diebus Decretorijs Galeni pro virili exponere, is enim totus ferè Aſtrologicus eſt, ac tanta doctrina præditus, vt validiſſimum ſit teſtimonium, hunc Medicinæ Principem non vulgarem operam Aſtronomiæ locaſſe: ſed ad intima eius penetrare voluiſſe.

Porrò vt etiam illis ſatisfiat, qui in reliquis Galeni libris, maximè in duobus præcedentibus De diebus Criticis parum verſati ſunt, non ab re fore iudicauimus nonnulla, quæ ad maiorem huiuſce noſtri cōmentarioli intelligentiam facerent, primùm præfari.

Criſis itaque Græca vox eſt idem latinè ſonans quod iudicium, decretum, vel cenſura. Vt enim in iudicio faciendo requiruntur actor, reus, teſtes, & iudex: ſimiliter & in criſi eadem videntur reperiri. Actor enim eſt virtus regitiua, reus eſt morbus, vel morbi materia, teſtes ſunt ſigna criſis, Iudex eſt Deus & Medicus, & criſis eſt iudicium inde ſequens. Auicenna tradit aliam ſimilitudinem, nempe Regem, tyrannum, ciuitatem, bellum, & victoriam. Virtus & natura eſt tanquam Rex: corpus ægrum eſt tanquam ciuitas: morbus ſeu natura morbi eſt ceu tyrannus: bello, quod inter Regem & Tyrannum ciuitatem obſidentem oritur, aſſimilatur pugna inter naturā & morbum, quæ accidentia timoroſa efficit: cuius belli terminus tandem ipſa criſis eſt.

Definiunt autem nonnulli, criſim eſſe pugnam inter virtutem & morbum, vel, vt alij dicunt, alterationem humani corporis extemplo propemodum factam vel ad ſalutem, vel ad mortem ægrotantis.

Alij affirmant, criſim eſſe velocem & vehementem motum morbi cum infirmus ad ſanitatem, vel ad mortem deducitur. Mors autem,

vt

vt dicit Auicenna, eſt prædominium completum ægritudinis ſupra naturam ipſam: Vita autem dominium eſt naturæ ſupra materiam morbi peccantem. Ex quibus ſanè definitionibus colligitur, in ipſa criſi dari tres motus, quorum primus eſt motus agitatiuus vehemens: nam fit vehementior febris vel morbus cum vehementioribus accidentibus, ex quo virtus digeſtiua digerendo materias, & ſeparando ac excernendo omni conatu bonam à mala, dirigit illas ad vias ductuum, qua materia repugnante cauſantur ex agitatione illa ſæua accidentia critica. Secundus eſt motus localis, quo expulſiua virtus expellit vel permutat materiam peccantem. Tertius motus eſt alteratiuus, ideſt mutatio ægritudinis ad ſanitatem vel ad mortem. Quamobrem quilibet ex his motibus dicitur a Galeno, alijſque interdum criſis, interdum verò aggregatum ex omnibus tribus his motibus dicitur perfectiori modo criſis, prout illam accepit Gal. capite octauo primi libri de criticis.

Eſt autem criſis duplex: vna, quæ fit ad ſalutem quæ ſimpliciter dicitur criſis: alia verò, quæ fit ad mortem, & hæc non ſimpliciter dicitur criſis, ſed mala criſis.

Cęterum non datur criſis in omnibus morbis, nam cum ſit velox mutatio, non poteſt illa fieri in morbis immaterialibus, & complexionalibus, vt in ephemera, quæ vna die terminatur, nec in hectica, quæ paulatim ægrum conſumit, neque etiam in morbis continuitatis ſolutæ, & quibuſdam alijs, ſed datur propriè criſis in morbis ſeu ægritudinibus, in quibus eſt pugna, inter virtutem & materiam expellẽdam vt in morbis acutis, qui in decimaquarta, vel vigeſima, aut vigeſimaprima terminantur, & in alijs quoque, quos Medici recenſent.

Diuiditur præterea criſis multipliciter, nempe reſpectu naturæ morbi, vel a virtute forti vel debili, vel reſpectu ipſius materiæ, & varietatis illius, quas diuiſiones recenſet Cęſar Optatus, alijque, & lõgum foret ſingula hic repetere.

Fit autem criſis iuxta naturam ſeu eſſentiam materiæ, nam ſi fuerit ſanguinea, fiet per fluxum ſanguinis vndecunque erumpentem, vtpote vel per nares, per menſtrua, per hemorrhoidas, aut per apoſthemata ſanguinea. Si fuerit cholerica fiet criſis per vomitum, per ſeceſſum, per ſudorem, vel per mutationem ad icteritiam, ſcabiem, cholericam, heriſipelam. Si fuerit materia malencholica fiet criſis per ſeceſſum, vlcera melancholica, hæmorrhoides, apoſthemata, & varices. Si phlegmatica tandem fiet criſis aut per vomitum, tumorem pedum, aliorumque membrorum, apoſthemata phlegmatica, paralyſim, ſpaſmum, &c.

Cauſæ criſium principales ſunt efficiens & formalis, nempe virtus cęleſtium corporum ac eorundem influentia, & virtus regitiua corpo-

ris morbum præſcribentis: materialis, & eſt ipſa materia peccans, faciensque morbum: finalis eſt ſanitas propriè, & interdum, ſed per accidens, mors.

A criſi dicuntur critici dies illi, in quibus accidit criſis, qui etiam dicuntur decretorij, ideſt iudiciarij. Diuiduntur autem dies a Medicis in Criticos, Indicatiuos, Intercidentes, Prouocatorios, & vacuos. Critici ſunt, vt diximus, in quibus expectanda eſt criſis, quæ vt plurimum accidit in diebus ſeptenarijs vt 7.14.21.28. vel 20. & 27. & hi dicuntur critici verè & radicales. Indicatiui ſunt inter hos medij, qui ſic dicuntur, quia indicant, & demōſtrant, quid futurum ſit in die critica proximè ſequente, nunquid in ea futura ſit criſis, & an bona vel mala: cito vel tardè, & qua euacuatione vel permutatione fieri debeat. A nonnullis autem dicuntur critici ſecundarij, ſeu minus principales, quia in illis fit leuis pugna, & cernuntur veſtigia alterationis materiæ ad bonum vel malum. Sunt autem Indicatiui quartus reſpectu ſeptimi, vndecimus reſpectu quarti decimi, decimusſeptimus ad vigeſimum, vel decimus octauus ad vigeſimumprimum, vt alij volunt, vigeſimusquartus ad vigeſimumſeptimum, vel vigeſimusquintus ad vigeſimumoctauum. Dies intercidentes ſunt, in quibus ſolet venire criſis, ſed per accidens propter fortem cauſam, quæ impedit, ne materia poſſit criticare in die determinato & proprio, hi ſunt 3.5.9.13. & alij impares. Prouocatorij ſunt dies, in quibus humor nociuus mouetur, & virtutem laceſſit, & prouocat ad pugnam, & ſunt in cholerica dies, qui procedunt de tertio in tertium, in malencholica ſeu quartana de quarto in quartum, & in phlegmatica ſinguli dies. Tandem vero vacui dicuntur illi dies extra enumeratos, in quibus quidem natura nihil noui tentat, quia nec cauſæ efficientes, nec materialis mouet. Sunt autem hi primus, 2.8.10.12.16.18.22. qui etiam poſſunt fieri critici per accidens ob velocitatem, vel tarditatem motus Lunæ, ſicut patebit in progreſſu huius operis, vbi veram dierum criticorum cauſam, & indicatiuorum ex Aſtrologica diſciplina ponemus.

Hæc, quæ nunc recenſuimus faciunt ad intelligentiam præſentis capitis & contextus, in quo Galenus teſtatur, euidentiſſimam, & apertiſſimam eſſe dierum criticorum obſeruationem, & ſic quoque Indicatiuorum, quorum ſinguli per ſeptimanas, ſeu iuxta ſeptenarij numeri progreſſionem procedunt. Sed tamen Indicatiui initium ducunt a quarto, & procedunt per numerum ſeptenarium. Quod autem Galenus ſingulas ſeptimanas non accipiat ab inuicem diſtinctas, ſed aliquas cōiunctas patet infra ſuo loco, vbi cur ita fieri velit recenſemus, reliqua verò huius contextus ſunt intellectu facilia.

Porrò cauſas horum ratione nobis indagantibus, duo prima

omnium quæ fiunt, primordia eſſe ſtatuendà videntur: Inordinatum videlicet, quod ex hac mundi materie proficiſcitur; ordine verò quodam, ornatuque procedens ſemper, quod cœleſtibus originem refert acceptam: omnia ſiquidem in hac orbe ab alijs decus, ornamentumque capeſſunt. Atque iam & nunc ex his duobus principijs, quæ experientia cognita ſunt, & ratio ſuppeditauit, omnium, quæ (ratione & experientia ipſa) in diebus decretorijs intelliguntur, cauſas inuenire conabimur, hinc facto ſermonis exordio.

Cum Galenus propoſuerit, ſe inquiſiturum cauſas horum dierum decretoriorum experientia manifeſta conſtantium, proponit primo loco, duo eſſe primordia ſtatuenda, vnum quidem inordinatum ex hac mundi materia proficiſcens, quaſi dixerit cauſam materialem; alterum verò ordinatum, quod cęleſtibus originem refert acceptam, vt eſt cauſa efficiens, quæ ſunt corpora cęleſtia, ex quibus ſanè duobus cauſis pendet natura & varietas horum dierum criticorum, Indicatiuorum, intercidentium & reliquorum. Cæterum iure meritò vocat Galenus materiam mundanam inordinatam, quaſi erroribus plenam & ordinis expertem & erroneam in ſuis operibus reſpectu nimirum materiæ cęleſtis perpetuæ & ordinatæ. Et hoc ſanè dictum eſt ſecundum Ariſtotelis mentem & veritatem ipſam, & habetur præſertim hæc diſtinctio in libello illo de Mundo Ariſtoteli attributo capite ſecundo.

De vi aſtrorum in hæc inferiora corpora; & maximè de Solis & Lunæ actione. Cap. II.

Omnium certè ſuperiorum aſtrorum potentia fruimur.

INTELLIGIT Galenus per ſuperiora aſtra non tres illos planetas tantum, quos communis Aſtronomorum ſchola reſpectu Solis ſuperiores appellat (diuidūt enim Aſtrologi Planetas in ſuperiores ac inferiores, & qui ſupra Solem collocantur, ſuperiores, vt ſunt Saturnus, Iupiter & Mars, qui verò infra, vt Venus, Mercurius ac Luna terris proxima, inferiores dicunt) ſed omnia ſimul aſtra reſpectu Regionis elementaris ſuperiora vocat, vt non tam planetas ſingulos, quàm ſtellas omnes fixas comprehenderet.

Cæterùm

Cæterùm teſtatur Galenus apertiſſimè paucis his verbis, inferiorē hunc mundum infra Lunę concauum, ſuperioribus aſtris, ideſt cœleſti regioni, & ſtellis in illa collocatis ſubeſſe ac obedire. Neque id Philoſophorum aut Theologorum ſententiæ repugnat. Ariſtoteles enim primo Meteororū in hæc verba ſcribit; De neceſſitate iſte mūdus, continuus eſt ſuperioribus lationibus, vt omnis ipſius virtus gubernetur inde; & idem ſecundo de generatione ait; Motus Cœli & aliorum planetarum in obliquo circulo eſt cauſſa generationis & corruptionis rerum infernarum. Secundo etiam Cœli confirmat per motum Solis in obliquo circulo fieri generationes, & corruptiones. Præterea & Auerroes ſecundo Cœli ſic ait; Manifeſtum eſt, quod generatio cuiuſlibet ſpeciei iſtius mundi non perficitur, niſi per aggregationem motuum corporum cœleſtium. Idem quoque duodecimo Metaphyſicorū Commentario 18. ita ſcriptum reliquit; Sol & aliæ Stellæ, quæ ſunt principium vitæ cuiuſlibet viuentis in natura, & calor Solis & ſtellarum diuiſus in aqua & terra generat animalia. Nihil igitur hic a Philoſophorum mente alienūm dixit Galenus, vt neque etiam a Theologorum; Dionyſius enim in quarto de Diuinis nominibus confirmat, corpora cœleſtia eſſe cauſſam eorum, quæ fiunt in hoc mundo, & Diuus Auguſtinus Libro tertio de Trinitate ait; corpora craſſiora & inferiora per ſuperiora ſubtiliora & potentiora quodam ordine regi. Communi igitur Philoſophorum, Medicornm ac Theologorum ſententia receptum eſt, ex Solis aliorumque ſiderum motu ac lumine plantas, animalia & quæcunque mūdus hic genuit, aliique corpora, mutationes ſubire, ſtatum habere, & ſuæ durationis rationem, vt adoleſcant, vt iuuenta conſtent, & ſenecta tabeſcant, & ita rebus ſingulis a natura cœleſti definitum eſſe exitum, definitamque periodum. Nō eſt autem huius loci docere, quomodo Cœlum agat in elementa, elementataq; corpora, vt ſunt mixta, perfecta, & imperfecta; an ſcilicet ſit vniuerſalis vel particularis inferiorum cauſa, & an ſolo lumine ac motu agant ſiue afficiant ſidera & ſtellæ. De quibus ſi quis curioſius velit inquirere, Lucij Bellantij doctiſſimas Quæſtiones Aſtrologicas euoluat, is enim firmiſſimis argumentis conuincit Cœlum non tantum vniuerſalem, verumetiam particularem eſſe cauſſam horum inferiorum, illudque non tantum lumine ac motu agere in hæc inferiora, ſed & influentia & figura, vbi per influentiam intelligit quandā occultam proprietatem, quæ varia eſt, varioſque producit effectus, pro diuerſo Cœlorū motu, & variabili ſiderum habitudine: per figuram verò aſpectus planetarum & ſitus eorundem in Mundo inſinuat. Cæterum Aſtrologorū Princeps Ptolemeus hanc Cœli in ſubiectam materiam actionem vulgatiſſimam eſſe notiſſimamque præſupponit; ait enim in initio ſecundi Capitis Primi Libri Apoteleſmaticorum inconfeſſo eſſe apud omnes,

Cœlum immediatè afficere elementum ignis & aeris, atque hæc duo elementa cœlitùs affecta agere in terræ & aquæ globum, illíque inſita animantia & inanimata. Sunt autem Ptolemęi ipſius verba hæc ex Valentini Naibodæ verſione: Facile pateſcit breuiterque perſpicuum fieri poteſt omnibus; quod ex æthera & æterna natura vis quædam diffundatur, tranſeatque in omnia terram ambientia, & in vniuerſum mutationibus obnoxia corpora, qualia ſunt prima ſub orbe Lunari poſita, elementa aeris videlicet & ignium, quæ Cęli motibus concluduntur, agitanturque, & rurſus concludunt ſuoque motu coagitant reliqua omnia, terram ſcilicet & aquam, & quę in illis producuntur germina & animalia. Hucuſque Ptolemęus; è cuius verbis luce meridiana clarius liquet, corporum noſtrorum, aliarumque rerum terræ degentium mutationes, alterationesque non fieri immediatè a Cœlo, ſed per ambientis nos aeris commutationem, vt ſcilicet actio cęleſtiũ in hæc terreſtria ſit mediata, ac primùm ad nos perueniat per interiectum & excalefactum, affectumque aerem. Exiſtimat autẽ Ptolemęus Cœlum in nos agere non ſolum per qualitates primas, ſed & per idiotropias, hoc eſt per facultates quaſdam ſpecificas & occultas, vt videre eſt in expoſitione particularium ipſius præceptorum.

Verum qui maximè hunc orbem exornat, & concinnat, & diſponit, eſt Sol, quippe Veris, Aeſtatis, Autũni, ac Hyemis author alius nemo extat, nec alius tam manifeſtò vel ex terreſtri limo animalia generare poteſt: neque fruges maturare, neque ad coitum & generis procreationem animantia prouocare.

Dixit Galenus omnia ſuperiora aſtra, ideſt Cœlum vniuerſum agere in hæc inferiora, nunc Soli particulatim primas tribuit, aitque illũ præcipuè hunc modum diſponere, quod is veluti Rex in vniuerſo mundo imperium tenens, in medio conſiſtens throno ac ſede, per efficaciã ſui luminis vniuerſis hiſce terreſtribus vitã impartiatur, quod quattuor anni tempora Ver ſcilicet, Aeſtatem, Autumnum ac Hyemẽ conficiat, quod viuentia omnia ad coitum ac ſui generis appetitionẽ prouocando excitandoque procreationem ac propagationem omnium faciat; frugesque etiam, ideſt omnia inanimata matureſcere ſeu propagari efficiat. Sic Ariſtoteles ſecundo de generatione & corruptione de Sole etiam ait: Accedente Sole propiùs ad nos ad punctumque verticale, omnia oriri, germinare ac pubeſcere videmus: abſcedente verò tabeſcere atque marceſcere. Manifeſtum eſt igitur Solem innati caloris & ſpiritus obtinere imperium, quippe qui dum ad noſtrum verticem accedit, mundum exultare, terram lætari, plantas reuiuiſcere & repullulare faciat, tunc enim omnem fieri generationem, innatum calorem augeri, & virtutes omnium rerum inualeſcere experimur:

mur: contra verò diſcedẽte Sole a noſtro vertice, naturã mœrere, aues conticeſcere, plantas exareſcere, frondes defluere, marceſcere, putreſcere, natiuumque calorem imbecilliorem fieri, ac virtutes debilitari. Sol itaque æthereum ſpiritum in omnes Mundi partes diffundit, quo cuncta ad generationem & vitam excitantur, vegetantur, & viuifican tur; cum ipſius enim radijs diffunditur lux, calor, & viuifica virtus, qua cuncta gignuntur, nutriuntur, creſcunt, appetunt, ſentiunt, & mo uentur. Quattuor autem anni temporum viciſſitudo tribuitur Soli propter eius proprium motum, quo annuo ſpatio per obliquum circu lum diſcurrit, nunc Auſtralem, nunc Borealem partem viuifico luſtrãs radio ac lumine; cuius quidem circuli duæ ſunt extremæ metæ interuallo 47. circuli partium abinuicem ſeiunctæ, quarum altera noſtrum verticem proprius reſpicit, vbi ſcilicet initium eſt Cancri & Tropicus æſtiuus, circa quem Sol efficaciſſimè excalefacit, propter radiorum cũ terra propiorem copulationem ac vicinitatem, tum ẽt. propter longiorẽ eius ſupra terram moram, ob dierum ęſtiuorum longitudinẽ: altera verò meta à noſtro vertice longiùs recedit, ibiq; ne initium eſt Capricorni, & tropicus Hyemalis, quem Sol attingens obliquos admodum in terram eoque imbecilliores radios proijcit ſpargitque, tum etiam ob paruam ſupra terram moram & dierum breuitatem exili ac debili calore terram afficit. Sed de quattuor anni conſtitutionibus diſtinctim ac fuſius in tractatu noſtro particulari agemus. Ptolemæus autem dicto ſecundo capite Primi Libri Apoteleſmaticorum non ſolum à Sole effici has quattuor anni temporum vices affirmat, ſed & quotidianam ipſius circa terram conuerſionem quotidiè idem operari in elementis & mixtis corporibus in ſublunari Mundo poſitis, pro ipſius ad noſtrum verticem habitudine; ac Solem efficere quattuor inſignes diei varietates quattuor anni temporibus ſimiles: ſicut enim ipſe in quadrante annuo vernali humiditates natiui caloris adauget, ita in primo diei quadrante ab ortu ad meridiem, cùm humiditates noctu exortas abſumere prorſus nequeat, dum eaſdem paullatim à terra ele uando deſiccat, videtur aerem humectare; at in ſecundo anni quadran te æſtiuo ſcilicet, prout Solis calor plurimum augetur, ita quoque in diei quadrante à Meridie ad occaſum ſummus viget calor: in tertio verò quadrante Autumnali ſicut Sol humiditates natiui caloris demo litur & exſiccat, imminuitq; ne; ita in tertio diei quadrante ab occaſu ad mediam noctem ſiccitates perdiu introductæ præualent humiditatibus nocturnis: in quarto denique anni quadrante frigora hybernalia correſpondent atque conſentiunt frigoribus mediam noctem ſubſequentibus. Sed & Galenus in ſexto Epidimiorum confirmat partes diei naturalis partibus ipſius anni correſpondere; matutinum ſcilicet tempus aſſimilari Veri, quo homo latius exſurgit ſanguiſque moue-

tur

tur,& lęta ſunt omnia,poſt Meridiem verò calorem ingentem bilemq; feruere,at prima noctis parte melācholiam dominare,hominem ar eſcere & contriſtari;poſt mediam verò noctem pituitam vigere, & iucundam mortalibus quietem concedi. Et hæc de annua & diurna Solis actione, quæ euidenter in animos oculosq; hominum incurrit, dicta ſunto,quibus pro colophone addimus præclarum Solis encomium à Plinio Libro ſecundo Naturalis Hiſtoriæ Capite ſecundo ita deſcriptum:Eorum(ſcilicet errātium) medius Sol fertur ampliſſima magni- ,, tudine ac poteſtate, nec temporū modo terrarumq; , ſed ſiderum etiā ,, ipſorum Cœlique rector. Hunc mundi eſſe totius animum ac planius ,, mentem,hunc principale naturæ regimen credere decet opera eius ę- ,, ſtimantes.Hic lucem reb.miniſtrat, aufertq; tenebras,hic reliqua ſide- ,, ra occultat,hic vices temporum annumq; ſemper renaſcentem ex vſu ,, naturę temperat;hic Cęli triſtitiam diſcutit,atq; etiam humani nubi ,, la animi ſerenat,hic ſuum lumen cęteris quoque ſideribus fęnerat,pręclarus, eximius, omnia intuens,omnia etiam exaudiens. &c. ,,

Magna ſanè & Lunæ opera in hanc rerum ſubſtantiam apparēt, verùm Solis effectibus poſteriora: etenim menſes hæc perpetuò diſponit; idque euidenter adeò in marinis animalibus quanquam & ipſum Solis beneficio habet: nouum enim ipſa lumen ſortitur, cū Sole primum fruitur; tanta verò eius portio ſemper illuminata eſt, quantam Sol aſpicit,prorſus autem deficit, luciſque expers redditur,vbi terra ſuo interuentu ipſam obtenebrat.

Poſt Solem Galenus tribuit Lunæ proximam facultatem agendi in hęc inferiora, quas Lunę vires omnibus perſpicuas non tantùm in animata diffundi,ſed & inanimata,& verbi gratia,maria, flumina, lapides,aliaque huiuſmodi variè afficere videmus, Affirmat autem Galenus,atque id ex opinione Ptolemæi omniumque Aſtrologorum, Lunæ opera Solis actionibus multo eſſe poſteriora inferioraque: Luna enim,ſicut & cęteræ ſtellæ omnes,Soli tanquam Regi ſuo,à quo ipſe lumen recipiunt, parent ac ſubſunt: nam quicquid luminis ineſt Lunæ dum fulget id omne à Sole,pro varia ac diuerſa ſui ab illo elōgatione, haurit ac mutuatur,cùm enim ſpiſſum ſit ac opacū ipſius corpus, idcirco proprium ſplendorem aut calorem nullum habet.Quod ſanè ſingulari Dei prouidentia factum eſt; ſi enim proprio frueretur calore, cùm terrę ſit viciniſſima, vt inconfeſſo eſt, ſinguliſq; menſib.ſemel ad noſtrum verticem ad Cancrum ſcilicet accedat,& ab eodē remoueatur in ſigno ſcilicet Capricorni, ęſtum caloris ad inſtar Solis & frigus hyemis in terram effunderet, vnde ob tam continuas inæqualitates animalia ac plantę ægerrimè ſubſiſterent,viuerentque. Lunæ autem

actionem in terreſtria confirmat Ariſtoteles Libro de generatione ani malium Capite Quarto ſub finem his verbis : Luna autem principium eſt propter Solis ſocietatem, receptumque lucis; fit enim quaſi alter Sol minor, quamobrem conducit ad omnes generationes perfectionesque : calores enim & refrigerationes, cum moderatione quadam, generationes, ſine moderatione, corruptiones efficiunt. Theophraſtus etiam Ariſtotelis auditor in libello de ſignis pluuiarum ſic ait: Verùm ſigna maximè peculiaria à Sole & Luna accipiuntur: etenim Luna noctu eſt veluti Sol alter, atque ea de cauſa menſiũ (ſynodicorum) initia ſunt frigidiora, &c. Vnde patet clarè Theophraſti ſententia, nempe Lunam agere in hæc inferiora, quatenus luminis Solaris ſit particeps, atque ea pro varia luminis menſura variè diſponere, vt omnis eius actio ad ſynodicum menſem non ad periodicum ſit referẽda. Præterea & Plinius Capite Nono ſecundi Libri de Mundi hiſtoria, fuſius de Lunæ operatione agit, dicitque Lunæ ſidus eſſe terræ familiariſſimum, & in tenebrarum remedium ab natura repertum; ac cauſſas exponit, cur nunc creſcens, nunc ſeneſcens ſit, modò curuata in cornua, modò æqua portione diuiſa, modò ſinuata, & alia, quæ per diem in Luna obſeruantur.

Sed ad verba Galeni reuertamur, qui tria hic docet, primò Lunam beneficio & adminiculo Solis menſes ordinare ac conſtituere; ſecundò lumen eandem à Sole acquirere, dum primùm ab illo ſeiũgitur, aut recedit, ipſiusque portionem tantam illuceſcere, quantam Sol aſpicit; tertiò illam lumine deſtitui, vbi terra ſuo interuentu ipſam obtenebrarit. Quod ad primum attinet, ſciendum eſt, duplicem eſſe apud ſcriptores menſem, alterum quidem Solarem, quorum duodecim annum Solarem, qui 365. eſt dierum, cum vnius diei quadrante, conſtituunt; alterum verò Lunarem, de quo hic nobis eſt mentio. Atque hic Lunaris menſis variè rurſus diuiditur, alius enim eſt, qui periodicus dicitur, ſeu menſis peragrationis, quo ſcilicet Luna vnicam abſoluendo reuolutionem reuertitur ad idem principium in Zodiaco, id quod fit diebus 27. horis 7. min. 43. eſt enim diurnus Lunæ motus ab Aequinoctio numeratus grad. 13. min. 10'. 35". alius verò menſis ſynodicus appellatur, & reſpectu Solis abſoluitur, eſtque temporis ſpatium, quo Luna à coitu Solis digreſſa denuo ad coniunctionem eius peruenit, & complectitur dies 29. hor. 12. min. 44'. eſt enim motus Lunæ diurnus à Sole grad. 12. min. 11'. 27". qui dierum numerus, ſeu menſis Synodicus duodecies repetitus conficit dies 354. & hic eſt annus Lunaris, ſeu ſpatium temporis duodecim lunationum. Vtebantur quondam hoc anno Lunari Græci, Iudæi, & antiqui Romani, quem vt deinde ad Solarẽ reuocarent, certam quandam intercalandi rationem, inter ſe tamen nonnihil diuerſam obſeruabant, prout fuſius Macrobius & Theodo-

rus Gaza, vbi de menſibus agunt. Cæterùm deficit hic annus Lunaris dierum 354. à Solari diebus 11. vnde ſi nunc altero, nunc tertio anno integra illi Lunatio adijciatur, conſtituet annum, quem ex tredecim Lunationibus compoſitum vocant Emboliſmalem. Sed & alius apud ſcriptores menſis Lunaris ſupereſt, quem menſem apparitionis dicũt, atque hic à primo momento nouę, ſeu renaſcentis Lunæ incipit, & deſinit in illud temporis punctum, quo Luna primum radijs Solis inuoluta, ab oculis conſpectuque noſtro euaneſcit. Sed hunc menſem apparitionis incertum eſſe quotidianæ obſeruationes edocent, & eruditè demonſtrant Aſtronomi, triplici enim de cauſſa Lunam à ſua coniunctione cum Sole quandoque citiùs, quandoque tardiùs nobis apparere, aut ad coniunctionem denuò properantem ab oculis noſtris diſparere affirmant: quarum vna eſt Zodiaci obliquitas, ſub quo Luna permeat, & inclinatio Horizontis loci, vt ſi contingat Luminarium coniunctio in medietate Zodiaci aſcendente, quæ eſt ab initio Capricorni ad finem vſque Geminorum, tunc occidente Sole Luna tardius occumbet, ideoque longius à Sole remota apparebit, contrarium verò accidet in altera medietate Zodiaci deſcendente: altera cauſſa eſt latitudo Lunæ ab Ecliptica, Borealis enim latitudo confert vt Luna citius, Auſtralis vt tardius conſpiciatur: tertia denique ratio eſt velox Lunæ tardiorque motus, dum enim velociori motu mouetur, citiùs ſeſe ab implicatione ſolarium radiorum explicat: tardius verò, ſi cõtra. Iam verò ſi omnes hæ cauſſæ conſpirauerint ad accelerandam Lunæ viſionem, eadem die tũ vetus tũ noua Luna conſpici poterit; ſed ſi duę dictarum cauſſarum concurrant, altero poſt coniunctionem die Luna apparebit; at ſi contra duæ retardent, tertio, ſi omnes ſimul contra apparitionem Lunæ coniurarint, quarto à coitu cum Sole die in oculos incurret. Sed de his vberiùs in Theoricis noſtris Planetarum, quo Lectorem remittimus. Galenus autem paulò inferius ait, Lunam in omni coniunctione per triduum ſub radijs Solis deliteſcere, quo triduo à menſe ſynodico ſublato, relinquuntur dies 26. h. 12. min. 44. pro menſe illuminationis; ſed & de his latius infra.

Ad ſecundum Galeni documentum nunc accedo, de ſplendore ſcilicet atque illuminatione Lunæ, quam ait lumen à Sole pro vario ad ipſum acceſſu, receſſuque mutuari, id quod tonſoribus ac lippis, vt aiũt, notum eſt: cui enim non liquet in deliquijs Lunæ totalibus, quæ fiunt Luna in eadem recta linea cum Sole ac terra intermedia conſtituta, illam lumine à Sole hauſto penitus deſtitui? qui enim fieri poſſit, vt terra intra vnum ac alterum luminare poſita, Sol Lunam radijs ſuis ac ſplendore ſolito illuſtret? Verùm niſi Luna ſic ex aduerſo Soli in linea perfectè diametrali opponeretur, ſed vel verſus Boream vel verſus Auſtrum declinaret, vt plurimum ei ratione latitudinis contingit, tũc


quidem non impediente vllo medio, tota illuceſceret ac lumine à Sole mutuato potiretur. Non negamus tamē ineſſe Lunæ peculiare quoddam ac proprium lumen, ſed perobſcurum, vt in deliquijs etiam talib. in quibus tetro quodam & horribili colore cernitur, videre eſt. Quod autem ait Galenus, tantam Lunę portionem illuceſcere, quantam Sol aſpicit, id in controuerſia eſſe videtur; perſpectiui enim euidentiſſimè demonſtrant Lunare corpus irradiari à Sole ſemper paulò plus hemiſphærio, cauſſamq́; eſſe aiunt quod huius corpus illius quantitatem plurimum excedat: verum non poſſe à nobis integram hanc partem illuminatam conſpici niſi in plenilunio, inconfeſſo eſt, ex mutatione enim interualli ac diſtantiæ Lunæ à Sole oritur inæqualis ac diſpar illuminatio, vt præclarè Vitellio in ſuis opticis demonſtrat. Sed de varia illuminatione Lunæ paulò poſt.

Cęterum tertium Galeni membrũ, quo ait Lunam omnino lumine deſtitui ob vmbræ terræ interpoſitionem, id iam patet ex ſuperiorib. & ſi cuipiam omninò ſatisfactum non ſit, Aſtronomiam Ptolemæi & Copernici, ac Theoricas Planetarum adeat, ibi enim hæc ex profeſſo fuſiùs explicantur.

Quapropter, vt illa diſtat à Sole, omnes mutationes ſuſcipit: etenim plena eſt cùm diametra eſt; æqua portione diuiſa ſeu ſemilunaris, Græcè διχότομος, cùm quadrangula eſt; vtrimque gibba, cùm triãgula, & falcatam ſpeciem refert, vbi ſexangula eſt: Atque nunc primum noua eſt, cùm poſt Solis congreſſum apparet, obſcurata omnino cùm Solis lumine circumuallatur.

Agit hic Galenus de illuminatione & phaſibus Lunæ pro varia eius ad Solem habitudine ac diſtantia. Cùm itaque hæc nocturna fax à Sũmo Creatore in tenebrarum remedium creata ſit, noluit tamen eam ſemper integro lumine à Sole accepto illuceſcere, ſed vices quaſdam & incrementa decrementaq́; lucis ei adſcripſit, idque non ſine ſumma prouidentia, confert enim illa Lunæ varietas ad diſcernenda cuiuſcunque menſis tempora, & tum etiam alias habet cōmoditates, quas Philoſophis, Aſtronomiſque perſpectas nunc omitto. Hinc ait Cicero, Lunam vbique gentium accretione & diminutione ſui luminis quaſi faſtorum dies notare, & eſſe perpetuum quoddam ac manifeſtum calendarium. Verùm enimverò cùm paulò antè dixerimus Solem illuminare ſemper medietatem aut paulò plus corporis Lunę opaci & minimè tranſlucidi, illam.ſ.eius partem, quæ ſoli obuerſa eſt, reliquo interim latere aut Lunaris corporis parte, quæ à Sole auerſa eſt, ſemper remanente obſcura & opaca: fit inde vt Luna in oppoſitione cum Sole poſita ſemper obijciatur viſui noſtro illa pars illuminata, tũc.n. viſus noſter medius eſt inter Solem Lunamque, & pars illa ſeu medietas fulgens ac relu-

relucens tum Soli, tum nobis obuerſa eſt & oppoſita: at in cōiunctio-
ne pars illa à Sole illuminata eidem quidem obuerſa eſt, ſed nobis in-
conſpicua; tunc. n. reliquam Lunę opacum ac obſcurum nobis opponi-
tur, ideoq; nullam eius illuminationem conſpicimus. Verùm recedēte
Luna à coitu, ſenſim paulatimq; luminis eiuſdē accretionē cognoſci-
mus, adeo vt perueniente illa ad Solis diametrum, vbi fit plenilunium,
totam eius illuminationē videamus. Tū verò diametrum prętergreſ-
ſa denuo lumen ſuum ſenſim amittit, prout nobis apparet, vſque dum
rurſus Soli coniungatur, & illi connexa à noſtris oculis euaneſcat. Ful-
get autem Luna ſemper auerſis à Sole cornib. eo quod pars illuminata
ſemper Solē reſpiciat, verguntq; cornua à diſceſſu illius à Sole, verſus
ortum, & paulò ante coniunctionem verſus occaſum, & obtinent tam
in creſcente, quàm in decreſcente Luna variam habitudinem pro varia
illius ab Ecliptica remotione, ac pro diuerſa Zodiaci cū Horizōte in-
clinatione, tum verò ēt penes alium atq; alium ſitum eiuſdē in Eccen
trico; quæ omnia fuſius explicantur in Theoricis Planetarum. Poteri-
mus autem ex hac figura omnem hanc varietatem comprehendere.



Cæterùm ſunt illa Galeni verba de Lunæ affectione ſic exponenda. At enim Lunam eſſe plenam cùm diametra eſt, ideſt quando eſt in diametrali aſpectu, ſeu oppoſitione cum Sole: deinde æqua eſſe portione diuiſam ſeu διχότομον hoc eſt dimidiatam, cum quadrangula eſt, intelligit cùm tetragonum ſeu quadrangularem aſpectum cum Sole conſtituit, & ab ipſo gradibus 90. diſtat, vt ex ſuperiore diagrāmate liquet: ſed tum reuera non conſpicitur tota medietas Lunæ irradiata, ſed totius corporis quarta pars, ſeu hemiſphærij illuminati media portio, rotunda enim longius remota videntur plana. Ait præterea vtrimque gibboſam conſpici ac tumidā, cùm triangula eſt, hoc eſt dum triangulari aſpectu Solē intuetur, & ab eodem abeſt gradibus 120. tunc enim nec in cornua declinata nec dimidiata, ſed tumens & vtrimque gibboſa conſpicitur. Affirmat denique Lunam falcatam referre ſpeciem, dū ſexangula eſt, cùm ſcilicet in ſextili eſt aſpectu cum Sole; & ab illo gradibus 60. elongatur, quo tempore in falcem, ſeu cornua, ſemper a Sole auerſa, inclinata, apparet. Variantur itaque phaſes Lunæ hoc ordine: cùm primum à Solis congreſſu dilabitur, vtrimque in cornua ſeu falcem protenditur ad ſextilem vſque aſpectum cum Sole; inde verò accreſcente eius lumine fit διχότομος, ideſt illuminatur media pars hemiſpherij, in receſſu ſcilicet eiuſdem à Sole graduum 90. ſeu quadrato aſpectu: poſtmodum accreſcente adhuc ſplendore Lunæ, gibboſa ac intumeſcens conſpicitur: ad diſtantiam ſcilicet trinæ cum Sole configurationis, tandemque ad oppoſitionem cum Sole perueniens, integra ſeu plena lumine apparet, vt conſpicuum eſt in plenilunijs. Tum verò diametrum Solis prætergreſſa eaſdem phaſes inuerſo tamen ordine denuò conficit; fit enim primum gibboſa in altero triangulari aſpectu, deinde diuidua in tetragono ſeu quadrangulari, tandem verò corniculata in hexagono, vbi paulatim deficiens, & coitum Solis appetens poſtremo penitùs euaneſcit.

Igitur fructus auget, incraſſatque, animantia implet: adhæc menſtruorum ſtatum tempus mulieribus conſeruat. Item comitialium circuitus cuſtodit, inde, quod Solis plus vel minus participat; omnia ſiquidem quæ facere nata eſt, vbi falcis figuram repræſentat, languida fiunt, valida omnia cùm plena fuerit. Quapropter & fruges interea adauget, maturatque celerrimè: mortua corpora putrefacit, ſomnoque ſopitis ſub eius lumine, vel aliter diutius immoratis, pallorem & capitis grauitatem conciliat.

Enumerat Galenus complures Lunæ effectus & vires, quas præ ceteris ſideribus in hæc inferiora exercet ac mouet, ſuntque hæ ita euidentes, vt ne quidem ab illis, qui Aſtrologiæ aduerſantur, negari poſſint.

Primo igitur Luna fructus auget & incraſſat, atque animantia implet. Hoc autem efficit dum lumine augetur, ab interlunio ſcilicet vſque ad plenilunium; ſed dum à plenilunio tendit ad Solis coitum, & lumine deſtituitur, tunc minus humorum prædictis rebus impartitur, eorumque corpora attenuat, & exinaniri facit. De hoc ait Plinius libro 2. c. ,,
41. Naturalis Hiſtoriæ ſic: Iam quidem Lunari poteſtate oſtrearum, ,,
conchyliorumque & concharum omnium corpora augeri ac rurſus ,,
minui: quin & ſoricum fibras reſpondere numero Lunæ exquiſiuere ,,
diligentiores; minimumque animal formicam ſentire vires ſideris in- ,,
terlunio ſemper ceſſantem. Sed & capite 99. eiuſdem Libri ſic ſcri- ,,
bit: Quo vera coniectatio exiſtit, haud fruſtra ſpiritus ſidus Lunæ exi- ,,
ſtimari: hoc eſſe quod terras ſaturet, accedensque corpora impleat, ,,
abſcedens inaniat: ideo cum incremento eius augeri conchylia, & ,,
maximè ſpiritum ſentire, quibus ſanguis non ſit. Sed & ſanguine ho- ,,
minem etiam cum lumine eius augeri aut minui: frondes quoque ac ,,
pabula ſentire in omnia eadem penetrante vi. Quod autem hęc inſe- ,,
cta mutationem hanc Lunæ experiantur, affert rationem expoſitor Plinij: quia cùm ſint nata ex putri ac limoſa materia, quam Luna informauit, ac veluti prædiſpoſuit, dominatur enim omnibus humidis corporibus, cumque ipſa ſit architectrix horum corporum, nihil eſſe mirum ſi iuris aliquid in illa ſibi reſeruet ac retineat. Ariſtoteles etiã de cruſta intectis ſeu teſtatis in plenilunio ſemper plenioribus, Capite quinto Libri Quarti de partibus Animalium ſic ait: habent enim id ,,
iam inde ab ortu naturæ & plenilunijs vberius, non quia per id tẽpus ,,
copioſiùs paſcuntur, vt quidam putant, ſed quod noctes tepidiores ,,
ſint propter lucem pleniorem, calorem enim deſiderant. Quod autem ,,
& ſanguis, teſtante Plinio, & cerebrum & humores augeantur in homine cum lumine Lunæ & minuantur, ſatis notum experientia quotidiana eſt, ſentiuntque id optimè ij, qui membrum aliquod luxatũ, fractumve, aut alioquin male affectum habent.

Secundò, Luna menſtruorum ſtatum tempus mulieribus cõſeruat. Quod menſtrua recurrant ſingulo menſe mulieri ipſa patienti adeò notum eſt, vt nullam mereatur confirmationem: recurrere autem illa & ſentire Lunæ ętates vel inde patet, quod puellis in prima quadratura, iuuenibus ſeu adoleſcentioribus in ſecunda, mulieribus adultis in tertia, reliquis in vltima ſoleant euenire; quod tamen moderationem ſuſcipit pro diuerſa mulierum complexione & natura.

Tertiò, Luna comitialium circuitus cuſtodit. Comitialis, quem Græci ἐπιληψίαν vocant, eſt morbus cerebri auferens ſenſum, motum & erectionem toti corpori cum perturbatione motus maxima, propter oppilationem factam in ventriculis cerebri non principalibus. Ita definitur à Bernardo Gordonio, & addit morbum ipſum aliquando

ſeruare

ſeruare periodos & non ſeruare: alias enim motum Solis ſequitur, vt dum quotannis redit, quod rarum eſt, alias pro Lunæ curſu aduenit nunc in prima quadra, nunc in ſecunda, nunc in reliquis, pro varietate humorum peccantium, ideoque hoc morbo laborantes Lunatici ſolent appellari. Aiunt alij malo huic ſubiectos eſſe eos maximè, qui in interlunio nati ſint; vnde Serenus Poeta canit:

Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo,
Quod fieri nobis ſuffragia iuſta recuſat:
Sæpe etenim membris acri languore caducis
Concilium populi labes horrenda diremit.
Ipſe Deus memorat dubiæ per tempora Lunæ
Conceptum talis, quem ſæpè ruina profudit.

Sed Ptolemæus Capite 18. Apoteleſmaticorum Libro 3. De vitijs ac morbis animi, vult non ſolùm Epilepticos furioſos ac Lunaticos à Luna & Mercurio inconiunctis, ſeu nullo inter ſe aſpectu configuratis, ſed cum maleficis etiam variè commixtis effici, vt in dicto capite fuſius patet.

Quartò Luna ferarum occiſa corpora in tabem viſu ſuo reſoluit. Id etiam Plinius dicto Libro Capite 101. aſſeuerat. Quod autem ferarum cadauera expoſita Lunari lumini citiùs putreſcant, quam quæ eidem non ſunt expoſita huius cauſſam reddit expoſitor Plinij his verbis: „ Luna enim res ſuo humore ſub calido conſpergit & non reſoluit: „ putredo autem tantùm fit ab humido alieno, reſoluto iam natiuo ca- „ lore, qui illud humidum moderatur ac gubernat: extincto enim calore „ natiuo relinquitur frigus & humidum alienum quod vtrumque Luna „ ſuis radijs auget, ergo etiam putrefactionem auget.

Quinto ſomno ſopitis ſub eius lumine vel aliter diutius immoratis pallorem & capitis dolorem conciliat. Hoc quoque apud Plinium habetur dicto capite: & cauſſa eſt, quod dolorem capitis lumini ſuo diutius inhærentibus maximeque dormientibus cõciliat, nimia & ſuperflua cerebri humectatio vitiato natiuo humore, vnde ſi quis diu multumque radijs Lunæ ſe exponat, apoplexiam & paralyſin patietur. Veteres autem noctu cœnare conſueuiſſe ex Athenei teſtimonio conſtat, quod Luna præcipuam ac maximam concoctionis vim habeat.

Has Galenus Lunæ operationes refert, plures Plinius dicto 101. capite, & Ptolemęus Capite 2. Primi Libri Apoteleſmaticorum recẽſent. Dicit Plinius Lunam glaciem refundere, ideſt liquefacere, propter humorem ſcilicet ſubcalidum ſui luminis: præterea omnia humifico ſpiritu laxare ac flaccida reddere. Cæterùm quòd æſtus maris reciprocos regat ac moderetur Luna, tam iuxta ſui luminis incrementum, quàm reſpectu diurnæ reuolutionis ſuę, ſeu tranſitus per angulos, id copioſè docet, probatque tum Plinius Capite 97. Libri Secundi Naturalis

Hiſtoriæ,

Hiſtoriæ, tum Ptolemæus loco ſupra citato. Extant etiam neotherico-rum quorundam de hac re vberiores tractatus, qui omnes aquarũ flu xum ac refluxum tum Soli, tum verò maximè Lunæ adſcribunt, vt ma gnopere ſit admirandum tantam aquæ maris molem Lunaris globi vi-ribus ac vi, occulto quodam conſenſu, ſurſum eleuari ac intumeſcere, quantam quis credere poſſit. Refert præterea Plutarchus mulieres pa rientes in plenilunio facilius euadere. Sed de particularib. Lunæ qua-litatibus Macrobius ſub finem ſeptimi Saturnaliorum vberrimè per-tractauit, plurimique alij de ijſdem fuſius egerunt. Ptolemæus autem tum de Luna, tum in cęteris omnibus vbique ferè ſententias ſuas Phy-ſicis rationibus confirmauit.

Iam verò ſi hæ vires & effectus luminarium, quos modo Galenus recenſuit, perpetui ſunt ac notiſſimi, cur reliqua ſidera, quæ eiuſdem ſunt pulchritudinis, puritatis, perpetuitatis ac lucis, Saturnum dico, Iouem, Martem, Venerem ac Mercurium, & innumera octauo Cęlo inhęrentia aſtra, fruſtra ab omnipotente & ſapientiſſimo Numine crea ta eſſe contendemus? Affirmat Ariſtoteles primo de Partibus Anima-lium, ſingula naturæ opera non eſſe temerè, ſed ad certum finem condi ta; nihilque in his caducis rebus, licet abiectiſſimum exiguumque in-ueniri quod certo vſu ac fine deſtituatur; nunc ſi vires corporibus cęle ſtibus, longè caducis iſtis nobilioribus, in hæc terreſtria denegamus, in quem vſum obſecro à diuino rerum opificè excitata illa eſſe ſuſpi-cabimur? Nunquid vt ſplendore ſuo diuinam teſtarentur potentiam. Certè in tanta ſiderum octauo Cęlo affixorum copia, non eſt credibi-le voluiſſe Deum horum quinque Planetarum lumine tam egregiũ re-liquorum ſplendore exornare. Sed eſto; accreſcant gloriam ſui creato-ris (id enim impium foret negaſſe) cur ſingulis ſinguli Cęli erant adſcri bendi? Poterant vnà cum alijs ſtellis octauo Cęlo inſeri, poterant eodẽ cum illis ordine motuq; ferri: nihil opus erat Saturnum triginta anno-rum curriculo integrã ſuam reuolutionẽ abſoluere, fruſtra Ioui duo-decim, Marti duo, Veneri ac Mercurio vnus prope annus pro reuolu-tione concedebantur. Quid? ꝙ Planetæ nunc directo feruntur greſſu ac motu, nunc firmi conſiſtunt, nunc retrocedunt, aliquando longius & alias propius à terra abſunt & elongantur, necnon & Sole ſemper per Eclipticam incedente, ipſi tamen nunc ad Auſtrum, nunc ad Boreã minus magisve, nunquam tamen vltra ſex gradus, ab Ecliptica diſce-dunt: infinitos denique tum inter ſe tunc cum affixis ſtellis aſpectus ac habitudines conſtituunt. Nunquid tot tantasque horum ſide-rum apparentias, ac tam inſignem motuum varietatem, quæ certiſ-ſimas tamen regulas ac leges perpetuamque analogiam obſeruat, cer to vſu carere negabimus, contemnemus, deridebimus & explodemus? Quin potiùs longę Aſtrologorum, qui artem ipſam infinitis edocti

obſeruationib. extraxere, experientiæ credimus, ac vnicuique ſtellæ ſuam peculiarem vim ac naturam à reliquis diuerſam, & ad contemperandum multiplici ratione lumen & actionem Solis ac Lunæ optimè accommodatam, in eſſe cócedimus. Quorum auctoritas ſi non ſufficit ad euellendam ſiniſtram illam opinionem, quam plerique immeritò de diuina Aſtrologia conceperunt, D. Thomæ profectò teſtimonium de aſtrorum vi in hæc inferiora apud illa valere debet; is enim lib. 2. de Cœlo, Lectione 16. dum Auerroem, qui aſtra eiuſdem eſſe ſpe- ,, ciei aſſerebat, reprehendit, ſic ait: Dicit Auerroes in ſuo commétario, ,, quod omnes ſtellæ ſunt eiuſdem naturæ in ſpecie, quod quidem mani- ,, feſtè eſt falſum: primò quidem quia ſi eſſent eiuſdem ſpeciei, haberét ,, eaſdem ſpecie operationes, & eoſdem effectus, ſicut patet in omnibus ,, rebus naturalibus eiuſdem ſpeciei.

Deinde & idem Doctor Angelicus diſtinctione 15. artic. 2. lectione ,, 10. ita ſcripſit: Dicendum eſt ergo, quod omnia corpora cœleſtia ſecun ,, dum communem virtutem luminis habent calefacere, ſed ſecundum ,, alias proprias virtutes ſingulis corporibus attributas habent non ſolú ,, calefacere & infrigidare: ſed & omnes alios effectus corporales effice ,, re in iſtis inferioribus. Eſt & alius D. Thomæ locus de effectibus ſide- ,, rum: primo enim libro de Generatione & Corruptione, Lectione 24. ,, ita ſcriptum reliquit: Habent etiam aliæ ſtellæ ſpecialem effectum in ,, aliquibus elementis, ſicut ſphæra Solis, in qua eſt effectus caloris, & ,, eſt nata mouere ignem: & ſphæra Lunæ eſt nata mouere aquam, ſicut ,, ad ſenſum patet: aliæ autem Sphæræ quinque Planetarum natæ ſunt ,, mouere aerem, & ideo aer tot à diuerſis motibus mouetur. Eſt enim ,, in aere frigus congelatiuum ex Sphæra Saturni, & æſtus ex Sphæra ,, Martis, & temperies in calido ex Sphæra Iouis, & temperies in frigido ,, ex Sphæra Veneris; cómiſſibilitas & paſſibilitas facili ex Sphæra Mer- ,, curij. Sphæra autem ſtellarum fixarum, quæ eſt octaua, in qua ſunt ,, multæ imagines & figuræ, mouet terrá, vnde & in ipſa figurantur imagines multæ in generatis. Cæterum inuenere ſolertes Aſtrologiæ artifices Saturnum temperaturæ eſſe frigidæ ac ſiccæ, quæ melancholiæ propriè competit, & hinc maleficam ipſi naturam adſcripſerunt: Iouē eſſe ſummè temperatum, ac proinde beneficum: Martem eſſe calidæ ac ſiccæ temperaturæ, ideoque adurentem ac cholericum; naturam Veneris eſſe calidam ac humidam, eaque de cauſſa beneficam: Mercurium denique eſſe varium ac mixtum ac proinde nunc beneficum, núc verò maleficum. Vnde permixtis hiſce & inter ſe contemperatis naturis, tot ac tanti adeoque diuerſi per omnem mundi machinam ſentiuntur effectus, vt credi vix poſſit. Qui tamé à ſolis Planetis abſolutè nequaquam excitantur, ſed habent & cęteræ Stellæ fixæ non infimá partem ac locum in gubernandis, immutandiſque hiſcę inferioribus, vt

Phi-

Philoſophi, Medici, Aſtrologi; Hiſtoriæ ac rei ruſticę ſcriptores & Poetæ paſſim atteſtantur, dum admirandos ac euidentiſſimos Pleiadum, Hiadum, Caniculæ, Orionis, Arcturi, aliorumque inſigniorum ſiderum effectus vbique commemorant. De Canicula, quam Sirium dicunt, ſic ,,
ait Plinius Libro ſecundo Naturalis Hiſtoriæ capite 40. Nam Canicu ,,
læ exortu accendi Solis vapores quis ignorat? cuius ſideris effectus ,,
ampliſſimi in terra ſentiuntur. Feruent maria eo exoriente, fluctuant ,,
in cellis vina, mouentur ſtagna. Canes quidem maximè in rabiem agi ,,
non eſt dubium. Optimè itaque Hippocrates hoc tempore medicamen ,,
ta purgantia vetat, dum ait: ſub cane & ante canem difficiles ſunt medicationes; & alibi præcipit in dijudicandis tempeſtatibus huius ſideris ortum & occaſum obſeruari. De Arcturo etiam Plinius dicto libro ,,
Capite 39. ſic memorat: Arcturi verò ſidus non fermè ſine procelloſa ,,
grandine emergit. Vnde Virgilius libro primo, Aeneidos: Arcturum ,,
pluuiasque Hiadas, dixit, & Pleiades etiam quaſi pluuiales dicuntur: idemque etiam Virgilius nimboſum ſeu pluuiorum Orionem primo Aeneidos appellauit. Sed ad Galenum.

Vt igitur Luna Solis auxilio in omnibus indiget, ita Sol ad nullam rem maximam vel alterius cuiuſdam aſtri vel ipſius Lunæ operam deſiderat. A nullo enim impeditur quo minus ęſtatem faciat, cùm in vertice noſtro conſtiterit, aut frigus adducat, ſi humilis feratur, aut æquinoctium vtrumque diſponat, ſi mediocriter obliquus ſit.

Lunæ vim præcipuam à Sole, à quo lumen ſuum pro varia ab ipſo diſtantia ſuſcipit, dependere non eſt dubitandum, ſed hanc ab alijs etiam Planetis ac fixis variè moderari certum eſt. Solem autem non indigere Lunæ, aut alterius cuiuſpiam aſtri adminiculo ad rem aliquā maximam ac ſummam abſoluendam inconfeſſo eſt. Præcipuas enim qualitates, vt Ver, Aeſtatem, Autumnum ac Hiemem, quomodocunq; cum aſtris congrediatur, ſemper efficit. Veruntamen quotidiana experientia nos docuit Aeſtatem interdum calidiorem, interdum verò remiſſiorem eſſe, ideoque Solis actiones à cæterarum etiam ſtellarum commixtione affici & moderari: Nam ſi Mars anno alicui dominabitur, & Soli vel per præſentiā, vel radijs aliquo modo cōmixtus fuerit prope noſtrum verticem, tunc certè extremè calidam Aeſtatem efficiet; ſic Saturno prædominante, & Soli quoquo modo cōiuncto, hiems erit acerbiſſima ac frigidiſſima: & ita de alijs anni temporibus. Sed de his in tractatu noſtro de mutationibus temporum. Benè itaque ſe habet, quod ait Galenus, Solem à nullo poſſe impediri, quominus dum ad noſtrum verticem acceſſerit, puta in Cancro, Aeſtatem faciat, licet æſtas illa futura ſit vel clementior, vel ardentior pro varia reliquorum

ſiderum cum Sole commixtione ac habitudine. Sic quoque dum ait Solem frigus adducere, ſi humilis eius curſus fuerit, ſiue dum fuerit in Capricorno declinante à noſtro vertice, & hoc verum eſt, ſed frigus illud vel remiſſius eſt, vel horridum, ſæuumque pro natura Planetarum Soli commixtorum ſiue configuratorum. Verùm quod affirmat Solem æquinoctium vtrumque conſtituere, cùm mediocriter obliquus videtur, intelligendum eſt, dum ille fuerit in Aequatore circulo, tunc enim mediocriter obliquus eſt eò quod æquali diſtantia poſitus ſit inter duas metas maximæ Zodiaci obliquitatis, quæ ſunt tropicus tum Cancri, tum Capricorni.

Sed ipſe velut Rex quiſpiam maximus eſt, Luna verò vt Hyparchus (quaſi ſub principem dicas) non exiguus: inter illum enim & nos media conſtituta, terreſtrem regionem meritò gubernat, non potentia cæteros planetas, ſed vicinitate exuperans.

Cùm Sol medium locum obtineat inter Planetas, videtur quaſi Rex quidam illis imperare, quippe præſtantior eſt illis tum luminis copia, tum magnitudine. Suis enim radijs qui ſplendidiſſimi ſunt ac puriſſimi vniuerſum orbem intuetur, cæteriſque etiam Planetis ac fixis lumen ſuum largiſſimè elargitur, ideoque Sol quaſi ſolus in mundo lucens appellatur. Magnitudine autem non ſolùm terram, ſed & cætera omnia aſtra excedit; terram enim ipſe 140. vicibus ex mente Tychonis Brahe ſuperat, licet antiquitas 166. vicibus illa maiorem eſſe exiſtimauerit. Sed ſtellæ fixæ 68. vicibus terreſtri globo ſunt maiores, ex eiuſdem ſententia, licet aliter antiqui ſenſerint; & Saturnus, qui cæteris Planetis maior eſt 22. vicibus eundem ſuperat. Longè igitur magis & terram & ſtellas omnes Sol ipſe Rex omnium excedit. Præterea Sol non ſolùm ſtata quattuor anni tempora conſtituit, & diei, noctiſque auctor eſt, ſed reliquis etiam Planetis leges præſcribit in motibus vnius cuiuſque obſeruandas. Nam Luna hanc obſeruat legem, vt dum Soli coniungitur, vel ipſi è regione opponitur, ſemper in Apogæo aut altiore ſui Eccentrici parte reperiatur, dum tetragonam cum eodem radiationem conſtituit, Perigæum ſeu infimam ſui Eccentrici partem occupet. At duo inferiores Venus & Mercurius bis Solis coniunguntur, dum circumcurrunt ſuos Epicyclos, in medio ſcilicet ſui curſus velociſſimi, & tunc ſummã eiuſdem partem occupant, & in medio ſuæ retrogradationis, & tunc in infima eiuſdem parte verſantur. Non poſſunt autem hi duo longiùs à Sole recedere, quàm ferat Epicyclorum ſuorum amplitudo: Venus ſcilicet ad diſtantiam graduum 48. ac Mercurius ad diſtantiam graduum 28. Tribus autem ſuperioribus talis eſt ordo ac lex à Sole præſcripta, vt dum cum ipſo coniunguntur, in Epicyclorum

ſuo-

ſuorum faſtigijs, dum eidem opponuntur in infima eiuſdem parte verſentur.

Cæterùm quod Luna agat perſonam Principis, reſpectu Regij Solis imperij in gubernatione horum terreſtrium, id è ſuperioribus, vbi de Lunæ viribus egimus, ſatis manifeſtum eſt. Verùm illam mediũ inter nos & Solem locum obtinere, id abſolutè verum non eſt; nam ex probata Aſtrologorum ſententia conſtat Solis à terra diſtantiam comple cti ſemidiametros terrę 1150. & Lunæ maximam ab illa remotionem eſſe ſemidiametrorum penè 60. non erit igitur æquo ſpatio ab vtroq; ſeiuncta, nec inter nos & Solem media. Dicemus itaque Galenum non voluiſſe intelligi medium illud tanquam abſolutè & perfectè medium, ſed vulgato more medium dixiſſe, quod inter vnum ac alterum terminum quauis diſtantia diſtet.

Ad hęc ait Galenus Lunam non potentia cęteros Planetas, ſed vicinitate ſuperare: quam vicinitatem reſpectu terræ intelligit, illi enim Luna cęteris Planetis propinquior eſt. Oſtendit autem euidentiſſimè ſe magnifacere aliorum etiam Planetarum vires, vt quos potentia Luna eſſe potiores affirmat.

Huius rei gratia omninò frigus locum noſtrũ occupat, cùm Sol ad Hiemalem plagam declinauerit; tunc calor omnino nos exercet, vbi ſupra verticem noſtrum, aut prope ipſum fertur.

De hoc ſuperiùs egimus, cauſſamque attulimus, cur Sol hieme frigus, Aeſtate calorem efficiat, de quattuor autem anni temporibus agemus latius in tractatu noſtro particulari de temporum mutatione.

Luna vel particulares cuiuſque menſis dies diſponit, paruæ mutationis facultatem habens: eamque non ſimpliciter ex ſe, verùm ex Solis aſpectu conſequitur.

Quemadmodum Sol generales temporum mutationes decernit, dum per Zodiaci ſigna diſcurrit, Ver ſcilicet, Aeſtatem, Autumnum ac Hiemem efficiens, vt ſæpè antea dictum eſt; nunc remiſſius, nunc intenſius qualitates ſuas immittẽs, pro vario nunc ortu, nunc occaſu cum ſtellis fixis, ac diuerſa etiam cõfiguratione cum cæteris Planetis; ita Luna particulares cuiuſcumque menſis dies diſponit, ait Galenus, hoc eſt quotidianas aeris mutationes cæteris paribus efficit, inhabilis enim eſt ad præcipuas Solis qualitates immutandas, ſed potius Solis, aliorumque ſiderum virtutes ob ſuam à nobis propinquiorem diſtantiam, in hæc inferiora defert, & ſic ab ijſdem variè affecta crebras mutationes & momentaneas quodammodo, ob velocitatem ſuam, crebramque ac ſubitam variationem ac progreſſus, efficit. Primum itaque obſeruanda eſt qualitas aeris, quam generalis

neralis quattuor anni temporum conſtitutio penes Solis per dodecatemoria, ſeu ſigna Zodiaci tranſitum efficit; huic adiungenda ſunt peculiaria quædam ac generaliora anni temporibus adiuncta effecta, quæ cuilibet Horizonti particulariter eueniunt à proprietate ſtellarum fixarum, quæ quotidie cum Sole exoriuntur, & occidunt, quæ optimè cognoſcuntur ab ijs, qui aeris mutationem diligentius quotidie in aliquo determinato loco obſeruarunt, certum enim eſt hæc eadem ſtatis anni diebus recurrere, ſi ſemel alicui ſæculo & loco aptentur. Vt verbigratia Sol exoriens cum aliqua fixa, puta cum Arcturo, Hędis, Orione, Aſellis & ſimilibus, ciet tempeſtates certas, quæ ad eaſdem vices redeunt iiſdem diebus anni quam proximè, atque hęc eſt luminis cęleſtis actio primaria & perpetua permanensque & in ſingulis Horizontibus ſtatis temporibus recurrens; quæ tamen magis minusve variatur à Syzygijs luminarium, & tranſitibus Planetarum, eorumque cum ipſis luminaribus configurationibus, ac cum ſtellis fixis habitudinibus. Atque hæc omnia quotidie alterare poſſunt actionem illam luminis primariam ſingulis annis recurrentem. Sed de his latius in tractatu noſtro de aeris mutatione.

Quo tempore Lunæ actiones fortiores, aut imbecilliores exiſtent. Cap. III.

VEHEMENTIORES itaque mutationes eueniunt, vbi ipſa cum Sole coit: inſuper in apparitionibus plenilunij; minores his contingunt, dum διχότομος ſeu dimidia apparet: imbecillæ dum vtrimque gibba, & falcata videtur.

Quanti faciẽdæ ſint coniunctiones & oppoſitiones luminarium vel inde patet, quod vehementiores in illis, Galeno & omnibus Aſtrologis atteſtantibus, mutationes fiunt; ſic minores accidunt, dum luminaria fuerint in quadrato aſpectu, & Luna dimidiata conſpicitur, exiles verò ac obſcuræ dum cornicularis videtur, in hexagonis ſcilicet luminarium configurationibus. Cæterùm in coniunctionibus Luna magnopere impeditur, quominus poſſit influere & vires exercere in hæc inferiora, nihil enim luminis tunc à Sole haurit, quod nobis tranſmittere poſſit, vnde omnia humidam & aquoſam habentia ſubſtantiam plurimum tunc patiuntur, vt ſupra dictum eſt. Aegroti etiam illo tempore peius ſolito ſe habent, & qui de electione temporum in pharmacis exhibendis & venæ ſectione tractant, præ cęteris iubent dies illos

euitari,

cuitari, quibus Luna ſub radijs Solaribus deliteſcit, tum verò maximè prope partilem, ſeu exactam coniunctionem: aiuntque nonnulli ęgrotos illos vel morituros, vel grauiſſimo morbo detinendos, qui in Solis & Lunæ coniunctionibus primùm decumbunt. Sed & qui in iiſdem coniunctionibus naſcuntur, debiliores ſunt, & rarò durabiles, idque propter nimiam ſiccitatem extat etiam teſtimonium doctiſſimi Medici Federici Chriſogoni Iaderdini, qui dum confutare proponit mẽtem Galeni medicinalem ſic ait. Primo quia Luna in illis duobus dieb. (oc-,, cultationis) plus operatur mali, quàm in quocunque alio die. Vnita,, enim ſunt duo luminaria in vnum effectum producendum: ex quo non,, ſolum quatuor elementa contremiſcunt: verum etiam omnia elemen,, tata patiuntur. Retia in mari, & omnes panni corroduntur: aeres al-,, terantur: infirmi & debiles reſoluuntur, & omnia humidam ſubſtan-,, tiam habentia diminutionem ſuſcipiũt manifeſtam. hactenus ille. Sed,, & Guido Bonatus conſideratione 79. ſcribit, infęlicitatem Lunæ ex coitu Solis prouenientem cęteras Lunę infęlicitates ſuperare. Verum enimuero luminarium oppoſitio ſeu plenilunium licet euidentes mutationes faciat, non tamen adeo nocet vt nouilunium ſeu coniunctio, & ægroti etiam minus illo tempore patiuntur, quàm in Lunæ diſparitione, & qui plenilunij tempore primùm aduerſa valetudine affliguntur, non admodum grauiter ac periculosè laborant. Infantes tamen plenilunij tempore editi, vt experientia conſtat, non ſunt admodum durabiles, ſed patiuntur à nimia humiditate, ideoque ſæpius ægritudini à ſuperflua humiditate ortæ ſubijciuntur. Quanti autem fiant ab Aſtrologis coniunctiones & oppoſitiones luminarium in definiendis aeris mutationibus, demonſtrat clarè Ptolemæus Primo libro ſui Quadripartiti, Capite Decimo & ſequentibus, vbi pro dijudicando ſtatu ſingulorum quattuor anni temporum in genere, plurimum etiam reſpicit ad coniunctiones & oppoſitiones luminarium quę proximè pręcedunt ingreſſum Solis in quattuor Zodiaci cardinales troparũ & æquinoctiorum notas; tum etiam in dignoſcenda temporum mutatione, quæ ad ſingulos menſes ſynodicos accidit, iubet vt conſideremus ſingulas coniunctiones & oppoſitiones, neque conſequenter negligit tetragonas etiam radiationes, vt ſuo loco dicemus.

Nam validiſſima eorum quæ prius erant, mutatio committitur, dum Luna cum Sole coit, ac eius lumine circumuallatur, quippe quæ prius apparebat, nunc nulli conſpicitur. Dein diametra Lunæ ſtatio tanquam diſtinguens, in binaſque partes ſecans contrarias maximæ Lunæ diſpoſitiones, aliarum omnium eſt validiſſima, quod verò incrementum, diminutioni maximè ſit contraria diſpoſitio, oſtendere non eſt opus.

Reddit rationem Galenus, cur in luminarium coniunctione contingant in rebus inferioribus, & pręcipuè in aere validiſſimæ mutationes, & ſic toto illo tempore quo Luna manet occultata, aitque id euenire, quia Luna prius, ideſt antequam à radijs Solis obumbraretur, cõſpicua erat omnibus, & lumen à Sole hauſtum in terram diffundebat, & in coniunctione non amplius cõſpicitur, ſed à Sole occultatur, ideoque effectus illius impediuntur. Poſt coniunctionem tribuit prę ceteris vim maiorem oppoſitioni, ſeu plenilunio, quod diametra Lunę ſtatio diſtinguat totum Lunæ ſtatum in duas partes contrariarum diſpoſitionum; pars enim illa Lunaris curſus, quæ eſt à coitu ad oppoſitionem, incrementum luminis illius dicitur, altera verò pars ab oppoſitione ad coitum, decrementum luminis Lunæ appellatur. Eſt autem validior Lunæ ſtatus in oppoſitione & efficacior, quàm ſit in coitu (licet maiores, vt diximus, cõtingant mutationes in cõiunctione, quàm in plenilunio) quod tunc Luna luminibus plena maiorem habet potentiam influendi in hæc ſublunaria: eſtque tunc eius lux ita illuſtris ac denſa, vt vmbram excitare ſufficiat, & homines noctu etiam negotiari poſſint. Cæterùm etſi potentior ſit Luna ipſo plenilunij tẽpore, quando ſcilicet eſt in diametro aſpectu cum Sole, eſt tamen ad nocendum prona ob aduerſos Solis radios, quos excipit, diametralis enim aſpectus perfectæ eſt inimicitiæ ac ſummè malus. Vnde & ægri tunc male ſe habent, licet non tantum, quantum in nouilunio, breuius enim eſt tempus oppoſitionis & cito labitur, at in coniunctione non item: latet enim Luna aliquandiu & ante & poſt perfectam coniunctionem, ſub Solis radijs, ideoque toto illo tempore ob luminis Lunæ priuationem, validiſſimæ fiunt alterationes in hiſce inferioribus.

In plenilunio autem potentior eſt Luna ante perfectam oppoſitionem, quàm ſit immediatè poſt illam, habita ſimilitudinis ratione, & ſeruata quantitatis luminis æqualitate; prius enim adhuc augetur lumine, poſt verò lumine decreſcit.

Deinde poſt hunc congreſſum, & plenilunium, duæ dichotomi, medium vtraque ſecans, augmenti tempus prior, diminutionis altera.

Duæ ſunt medietates Lunaris curſus à Sole, vna incrementi, altera decrementi, vt diximus; vtraque autem rurſus ſubdiuiditur, in illis ſcilicet terminis vbi Luna fit dimidiata, adeo vt quattuor in vniuerſum efficiantur quadrantes, nempe duo augmenti luminis, ac totidem decrementi. Primus quadrans eſt à coniunctione vſque ad gradus 90. diſtantiæ Lunę à Sole, ſeu vſque ad primam quadraturam, vt aiũt; alter eſt ab hac vſque ad oppoſitionem; fit deinde ab oppoſitione ad ſecundam quadraturam tertius, & eſt elongationis Lunæ à Sole graduum

duum 270. quartus autem eſt à ſecunda quadratura ad coniunctionem vſque.

At omnium extremæ, imbecillimæque aeris nos ambientis conuerſiones in falcatis, & in vtrinque gibbis apparitionibus fiunt: magis autem in vtrinque gibbis, nulla ſiquidem in eis magna mutatio, ſicut in falcatis apparet.

Vt igitur euidentiſſimæ ſentiuntur mutationes in nouilunijs & plenilunijs, minus verò euidentes in quadraturis, ita debiliores ac obſcuræ ſeu imbecilles apparent mutationes aeris in falcatis & vtrinque gibbis apparitionibus, vt ait Galenus, hoc eſt in ſextili ac trino aſpectu Lunæ cum Sole; in ſextili enim falcata eſt & inclinata in cornua, in trino autem gibboſa eſt vtrinque ac curua. Ratio illa eſſe poteſt, quod validior eſt aſpectus oppoſitus cæteris, deinde quadratus, debiliores verò ſunt hexagonus & trigonus. Vbi obſeruatione dignum eſt, quod monet Galenus, nempe maiores mutationes ſentiri in hexagono, ſeu ſextili aſpectu Lunæ cum Sole, quàm ſentiantur in aſpectu eius trino, cùm tamen experientia conſtet trigonum validiorem eſſe hexagono. Sed huius ratio eſt, quod Luna in diſtantia à Sole ad 60. gradus, ſeu in ſextili aſpectu vel appropinquat occultationi, vel ab eadem diſcedit; dixit autem ſupra validiſſimas fieri mutationes, dum Luna à radijs Solis occultata eſt. Cæterùm quantum poſſint quattuor illi Lunæ ſtatus, coniunctio ſcilicet, oppoſitio, & vtraque quadratura vel inde patet, quod Ptolemeus pro dijudicanda aeris mutatione iubet ad dicta tempora, ſeu ad dictos quattuor Lunæ ſtatus Cœli figuras conſtitui, quod in trino & ſextili aſpectu, vt debilioribus, non duxit eſſe operæpretium. Vbi hoc addimus, quod ideo validiores effectus ſentiuntur in dictis Lunæ ſtationibus, quia Lunæ circuitus à Sole aſſimilatur quodammodo curſui annuo. Cùm enim Sol conſtituat quattuor anni tempora diſtincta, ex tranſitu ſcilicet per quattuor principales Zodiaci notas, quæ ſunt duo tropica & duo puncta æquinoctialia, ſic etiam Luna per hęc principalia puncta, coniunctionem ſcilicet, oppoſitionem, & duas quadraturas, diſcurrens ſuas etiam mutationes (Sole tamen imbecillius) efficit.

Quare nec Aratus male ipſas neglexit, tanquam imbecilles exiſtentes; conuenitque eos laudare qui de eis ſcripſerunt, tanquam ne vel minimum quidem omittentes.

Galenus ſingulari modeſtiæ exemplo non repræhendit Aratum, qui falcatas & vtrinque gibbas Lunæ phaſes, ideſt ſextilem ac trinũ aſpectum neglexit, tanquã exiles & imbecilles effectus parturiẽtes; laudi-

bus tamen effert illos, qui de illis etiam egerunt, vt qui ne minima quidem præterire voluerint. Vnde colligitur in artibus nihil eſſe ita exiguum, quod meritò ſit negligendum.

At in plenilunijs conuerſiones, & his adhuc magis in congreſſibus, proprium hoc præter cæteras habent: illa ſiquidem celerrimas ſtatim mutationes faciunt: congreſſus verò inæquales & diuturnas.

Facit nunc comparationem mutationum illarum & effectuum, qui à plenilunijs & nouilunijs dependent, aitque mutationes in plenilunio celerrimas eſſe, in coniunctione verò inæquales & diuturnas. Huius autem diuerſitatis cauſſam iam ſubdit, dum ait.

Quid enim ante Lunam apparentem manifeſtò pronuncies non eſt: longum autem hoc tempus occultationis eſt, integri ferè ſigni ſpatium explens, mutationem verò ex incremento ad diminutionē punctum exactè definit, liquetque hoc Lunam momentaneo tempore pertranſire.

Dicit itaque mutationes in nouilunio ideò diuturnas eſſe, quod occultatio Lunæ & emerſio non fiat in momento, ſed ad longum temporis ſpatium, quod perſæpè integrum ſignum ſeu gradus 30. expleat: in quo interuallo, nihil eſſe quod pronuncies de ſtatu ſcilicet temporis, ſed expectandam eſſe Lunę è radijs Solis emerſionem; de qua infra Capite quinto agemus. Oppoſitiones autem ait eſſe celerrimas, quod mutatio Lunæ ex incremento ad diminutionem, ſeu decrementū contingat in puncto, hoc eſt momēto, quod eſt dum Luna Soli è linea perfectè diametrali opponitur, & ab illo diſtat exactè gradibus 180. Cęterùm incrementum & decrementum luminis Lunæ prope perfectam oppoſitionem difficillimè diſtinguere poſſumus, quod Luna vno die & ante & poſt exactam oppoſitionem plena lumine appareat; ſed diſcrimen illud ab habitudine Lunæ ad Horizontem cognoſcemus, nam ante oppoſitionem Luna iam multò ante Solis occaſum orta ſupra terrā apparet: verum elapſa oppoſitione, Sole iam infra Horizontem demerſo, Luna etiam aliquantiſper latet, ac tardinſculè conſpicitur.

Itemque verè celeres plenilunij mutationes ſunt; diuturnæ coniunctionales: nam occultationis tempus ſibi ipſi ſimile eſt, & primū apparitionis tempus occultationi vicinum eſt, tum propter paruitatem eius particulæ quæ de tota Luna apparet, tum ob luminis imbecillitatem, tum ob breuitatem temporis, quo ſupra terram fertur.

Magis dilucidè quæ ſuperius dixerat, hic explicat, dicens verè celeres

leres eſſe plenilunij mutationes, nouilunij autem diuturnas: totũ enim temporis interuallũ quod ab occultatione Lunę ad emerſionẽ vſque intercedit ſibi ipſi ſimile eſt, hoc eſt eadem, toto illo tempore quo Luna ſub radijs Solis permanet, aeris qualitas & conſtitutio durat. Deinde aliam adhuc rationem adfert, cur tẽpus nouilunij longius ſit, quod. ſcilicet Luna poſt primam apparitionem occultationi ſeu occaſui vicina ſit, tum propter paruam Lunæ portionem, quæ illo tempore illuſtrata radijs conſpicitur, tum ob lumen imbecille, ac obſcurum, tum verò ob breuitatem temporis, quo ſupra terram extat: videmus enim Lunam recentem à Solis occaſu ſtatim etiam ſub Horizontem mergi.

Quo tempore Luna in nos agere incipiat, quotquè diebus. Cap. IV.

TVTA igitur criſis euadet, cùm in toto menſe ſtatus in ſecundo die accidet: quo primo & manifeſto Luna, & longo ſatis tempore ſupra terram iam apparet, & lumẽ ſenſibile de ſe mittit, ad hęc vmbram euidenter oſtendit.

Criſim Galenus hoc loco vocat non illam quæ in morbis, ſed quæ in aere fit, quando ſcilicet ſenſibilis in aere mutatio perſentitur, id quod ipſe paulo poſt confirmat, dum ait, omnem velocem mutationẽ criſim appellari. Vnde optimè dixit tutam criſim euadere aeris, id eſt, tutò nos de aeris conſtitutione poſſe pronunciare, cum ſtatus in ſecundo die accidet. Intelligit autem per diem ſecundum non primam illam Lunæ apparitionem à Solis coniunctione, quæ debilis eſt, vt ſupra dixit, ſed alterum à prima emerſione diem: tunc enim Luna manifeſto & ſatis longo tempore à parte Occidentis ſupra terram conſpicitur, & ſenſibili lumine fulget, demerſo enim Sole infra Horizontem occiduum aliquam vmbram efficit. Ab illo igitur die de toto menſe iudicium ſumere iubet.

Primus autem dies tamdiu Lunam ſupra terram vagantem habet, quamdiu is adhuc quoque Solis lumen, quod poſt occaſum eſt retinet; quare in hoc Luna ſimul cum Solis lumine occidit ſæpe verò & prior eſt occidua: primum verò manifeſta in ſecundo die apparet, nunc quidem magis, nunc verò minus.

Cauſſam nunc ſubdit, cur de primo apparitionis Lunæ die non poſſit ita tutum ſumi iudicium de aeris qualitate futura, vt de ſecundo, & hanc eſſe ait, quod Luna prima ſuæ emerſionis die parum ſupra ter-

ram immoratur, ac nonnunquam tantillo ſolùm tempore, quo Solis in terra relictum lumen, quod poſt occaſum eius reſtat, perdurare ſolet, ita vt Luna quaſi ſimul cum Solis lumine occidat, & non perrarò etiam, antequam lux illa Solis euaneſcat, infra Horizontē demergatur: atque tunc ſecundo apparitionis die verè manifeſta eſt, & aliquanto diutius ſupra terram reſtat, magis autem aut minus pro varietate cauſſarum quas ſubdit.

. Atque hoc ei accidit tum longitudine à Sole receſſus, qui ob peculiarem Lunæ motum fit (non enim ex æquo ſemper mouetur) tum propter latitudinis immutationem, tum propter ſignorum occaſum non æquali tempore euenientem, inſuper ob præteriti congreſſus tempus. Vnde non ſemper vnum tempus eſt, quo clarè Luna conſpicitur: ſæpiſſimè autem triduò in coitu Solis remorata, planè inuiſibilis eſt, quo nondum hæc terrena immutare poteſt.

Supra Capite ſecundo de varijs cauſſis apparitionis Lunæ nunc maturioris mens tardioris egimus, vbi de menſe Lunari apparitionis loquuti ſumus: ſuperuacaneum autem foret eadem hic repetere.

Cæterum de finali ſuperioris particula clauſula, non ita bene ab interprete tranſlata & in latinum ſermonem conuerſa, ſic ſcripſit Federicus Bonauentura in annotationibus libelli Theophraſti de plu-
,, uiarum ſignis: Quibus (ſcilicet cauſſis apparitionis Lunæ) ſic expli-
,, catis ita concludit τοῦ πάντα δὲ τρεῖς ἡμέρας τὰς περὶ σύνοδον ἡ ἀόρατος γίνε-
,, ται τελέως, quæ verba non ita ego accipio, vt Galenus dicat Lunam ſæ-
,, piſſime triduo in coitu Solis remorari, quemadmodum credidit inter-
,, pres, atque quod magis mirum eſt, doctiſſimus Manardus & græca-
,, rum litterarum ſcientiſſimus, qui epiſt. 5. libri 15. Galenum his ver-
,, bis protuliſſe ſcripſit, Lunam magna ex parte tribus diebus à coitu
,, luce carere, quam etiam opinionem Planerius, vt vidimus, ſecutus eſt:
,, verum arbitror ego Galenum longiſſimos occultationis limites expri-
,, mere voluiſſe: tribusque diebus Lunam luminis expertem permane-
,, re dixiſſe, vt mox concluderet tempus actionis ipſius, ideſt illumina-
,, tionis menſem, & tempus peculiaris circuitus, ſcilicet menſem perio-
,, dicum in vnum ferè redire: quo pacto ſi Galeni locus accipiatur, pa-
,, tet nullam eſſe in eo difficultatem, quamobrem & verba ſic erunt in-
,, terpretanda: In totum autem Luna tribus diebus circa coitionem
,, inuiſibilis permanet, aduerbium enim illud τοῦ πάντα ſignificare hic
,, ὅλως, ideſt omnino & in totum, vt ſæpiſſimè ſolet apud Græcos aucto-
,, res, non ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ideſt vt plurimum, quod longè minus frequens
,, eſt, ſatis ex ijs quæ diximus, atq; ex tota Galeni diſputatione, diſpu-

tationisque

tationiſque ipſius ſcopo ſit perſpicuum. Cùm enim quattuor ſint tem,, pora Lunaris apparitionis, patet prima die & quarta incunte rariſſimè,, contingere, vt Luna conſpiciatur, quoniam difficile eſt omnes cauſſas,, vel ſimul conſentire, vel diſſentire: itaque falsò Galenus aſſeruiſſet, ſæ,, piſſimè tribus diebus ſine luce Lunam eſſe: ita enim ſæpiſſimè quarta,, ineunte appareret: quin etiam & vnam tantùm cauſſam habere locum,, non eſt facile: quod verò duæ ſimul coeant, id ſæpiſſimè euenit, vnde,, & frequentior apparitionis terminus, vt Fracaſtorius quoque in Ho-,, mocentricis Capite 20. docuit, ſecunda erit dies quemadmodum per-,, bellè Galenus indicauit, ipſam præ alijs accipiens. Hucuſque Bonauen,, tura. Iam verò dum Galenus ait, Lunam illo tempore, quo ſub radijs Solis occultata deſidet, non poſſe hęc terrena immutare, videtur quaſi palinodiam canere, & ſibimetipſi contradicere, vtpote qui ſupra Capite tertio affirmarit magnas in aere mutationes fieri, dum Luna Soli coniungitur, & ſub eiuſdem radijs latet. Quam diuerſitatem vt componeret Planerius, diſtinguit Galeni ſentētiam, dicitque ipſum ſupracitato tertio Capite de illis mutationibus agere: quæ fiunt in Luna reſpectu luminis Solaris, prout ſcilicet eſt vel plena lumine, vel media portione diuiſa, vel repente nulla, non autem de mutationibus quas Luna in hiſce inferioribus excitet, de quibus in hoc textu loquitur. Sed, pace tanti viri dixerim, laterem lauat Planerius, nec videt ſuam hanc expoſitionem corruere, & à ſequentium Galeni verborum textu penitus obrui, dum idem Capite proximè ſubſequente ita diſſerit: Cæterum aera nos ambientem magnas ſuſcipere mutationes, dum,, Luna primum occultatur, & rurſus primum apparet, nemo mortaliū,, ignorat, &c. Voluit itaque Galenus innuere Lunam toto ſuæ occultationis ſpatio magnam in aere mutationem efficere, & conſequenter ēt in hiſce inferioribus, vt quæ ab ipſo aere alterantur; neque enim immediatè, ſed aere prius affecto terrā ipſam Luna afficit & moderatur. Quamobrem melius Galeni opinionem aſſequuti eſſe videbimur, ſi dixerimus voluiſſe eundem hoc loco inſinuare Lunam radijs Solis cinctam terrena ipſa nō poſſe immutare, habita ſcilicet ratione luminis, quod à Sole mutuatur, cùm ſupra capite ſecundo ipſe dixerit Lunam augere, fructus & animantia implere, prout Solis plus minusve participat, validaque omnia eſſe cùm lumine plena fuerit, languida verò dum falcata & pauco lumine prædita apparet; igitur languidiſſima vbi nullo lumine affulgebit. Deinde verò cùm dixit Lunam ſilentem magnas in aere mutationes efficere, voluit id fieri ob luminis Solaris abſentiam ſeu priuationem, & frigiditatem Lunæ noxiam. Fiunt itaque magnæ mutationes in hiſce inferioribus patiunturque illa plurimū abſente Luna, quæ dum ſub radijs eſt in meliorem ſtatū mutare, ſeu conuertere hæc terrena nequit, quouſque Solis lumine denuò

illuſtrata, eadem illa ſenſim alteret foueatque mutuato, & alieno lumine. Bonauentura profectò libro ſuperiùs citato duplicem adfert ſuperiorum Galeni verborum ſententiam, cuius nos expoſitioné, cùm è re noſtra ſit & huc quàm maximè faciat, non grauabimur hic adſcri-
,, bere; nam inquit: Cùm verò ſcribit (Galenus ſcilicet) Lunam circa coi-
,, tum tribus diebus ſine lumine eſſe, ac per id temporis non tantum ha
,, bere virijū, vt poſſit hæc noſtra alterare: dupliciter verba intelligi poſ-
,, ſunt, vt vtro modo intelligantur, omnis, vt reor, tolletur contrarietas.
,, Primum quia tribus expletis à coitu diebus, quarta currente, ſextilé
,, efficit Luna cum Sole configurationem, iure tribus à coitu diebus nul
,, lam fieri à Luna alterationem ſcribit Galenus: terrenis enim reb. Lu-
,, na mutationem infert vt plurimum quarta, quemadmodum ſuperius
,, ex Theophraſto monebamus: vnde tribus præcedentibus diebus non
,, poteſt, aut minus poteſt aerem alterare: in aſpectibus enim ipſis & di
,, chotomijs potiſſimum alterationes fiunt, vt ſuperius vidimus; atque
,, hoc pacto ſententia erit res naturales circa Lunæ coitum mutari, inde
,, verò totis tribus diebus, quibus Luna ſine lumine eſſe ſolet, nullam
,, fieri mutationem, quoniam circa quartam effici mutatio debeat: quæ
,, tamen omnia vt plurimum locum habere dicenda ſunt, cùm alioqui
,, omnibus diebus menſis, non in ijs tantùm, in quibus aſpectus cadunt,
,, mutari poſſit inſigniter ob materiæ inordinationem ſtatus aeris. Se-
,, cundo quia Capite tertio de tempore coitus Galenus ſermonem ha-
,, bens dixit, οὐδὲν γὰρ ἔχεις σαφῶς ἀποφῆναι πρὶν φανῆναι τὴν σελήνην, ideſt, nil
,, enim apertè pronunciare poteris, antequam Luna appareat, non in-
,, congruè affirmabimus locum de quo agimus non eſſe ſimpliciter intel
,, ligendum, vt ſcilicet ſenſus ſit, Lunam circa coitum hæc inferiora non
,, alterare, videlicet nullo modo alterare; ſed ſubaudiendum erit ex ſu-
,, perioribus aduerbium σαφῶς, quo pacto erit ſententia Lunam in coi-
,, tu non alterare manifeſtè, quod eſt, adeo vt à nobis poſſit de mutatio-
,, ne quam portendit, indicium ſumi ab ea vllum, vnde alterabit qui-
,, dem Luna de Galeni mente terrena hæc circa coitionem, ſed altera-
,, tio illa, quia lumine caret, non poterit, antequam fiat, à nobis præui-
,, deri, qui ex lumine & colore eius cornuumque figura & conditione,
,, alijsque eiuſmodi ſigna captamus futuræ mutationis &c.

Et quodam modo tempus, tum peculiaris eius circuitus, tum in nos actionis in idem recidit; etenim circuitus vicenis diebus ſepteniſque, & tertia ferè diei parte peragitur, in tanto enim tempore totum ſigniferi circulum percurrit: at quo nobis luceſcit circuitus, quod is quoque eidem conueniat numero planè intelliges, ſi occultationis tempus de toto menſtruo eximas. Quod autem menſtruū

tem-

tempus non omninò triginta diebus conſtet, ſed minus vnius diei ferè dimidio, Hipparchus integro vno libro demonſtrauit.

Galenus menſem peragrationis Lunæ ait eſſe dierum 27. & horarum 8.ferè,æqualem ferè tempori illo,quo Luna ſuas vires in hæc inferiora exercet, quod temporis ſpatium alias menſem illuminationis diximus,ideſt circuitum illum, quo Luna nobis illuceſcit. Hunc autem inconſtantem eſſe tum nos ſupra demonſtrauimus, tum Galenus hic affirmat,& producitur dictus menſis illuminationis, ſi à menſe ſynodico, qui eſt dierum 29. cum dimidio ferè,ſeu horis 13. abſtuleris tempus occultationis Lunaris ſub radijs ſolaribus,quod Galenus hic largo modo dierum trium aſſumpſit, licet eſſe poſſit nonnunquā vnius diei,ſæpius duorum, & perrarò quattuor. Relinquentur itaque pro menſe illuminationis dies 26. cum dimidio: ita vt differentia horum duorum menſium ſit horarum tantummodo 20. Vt autem inſinuaret Galenus hos duos menſes non eſſe reuera & abſolutè æquales,adiecit illam particulam,quodammodo,ſeu propemodum. Verùm enimuerò menſem hunc ſynodicum eſſe dierum 29. cum dimidio, id non ſolùm Hipparchus, ſed & Ptolemæus ac neoterici omnes vno ore fatentur, licet de minutis non omninò conueniant, quod tamen Medicorum parum intereſt. Cæterùm doctiſſimi illius Hipparchi monumenta iniuria temporis interciderunt;ad cuius imitationem Ptolemæus, circa Galeni tempora,ſuam magnam conſtructionem conſcripſit, in qua ſæpè Hipparchi meminit: quem etiam Plinius, vt accuratiſſimum Aſtrologum ſæpius laudibus effert,tum verò maximè Libro ſecundo Naturalis Hiſtoriæ Capite vigeſimoſexto, ait Hipparchum optimè demonſtraſſe cognationem ſiderum cum homine, nouam ſtellam ſuo æuo genitam obſeruaſſe,poſteris ſtellas annumerare auſum fuiſſe, ac ſidera ad normam expangere: Cœli denique peramplam deſcriptionem poſteris in hæreditate reliquiſſe.

Quin & vulgus iam prope vniuerſum nouit menſium alium, quem κοιλὸν Græci nominant, quaſi mutilum & imperfectum,dies vigintinouem obtinere: alium,nempe abſolutum, triginta. Nam vniuerſos amborum dies quinquaginta nouem eſſe oportet, ſiquidem vterque omninò triginta,minus dimidia diei parte continet.

Supra in expoſitione Capitis ſecundi diximus ex menſe ſynodico, qui eſt dierum 29.horarum 12.min.44.duodecies ſumpto, confici annum Lunarem dierum 354. Vulgus autem, vt has fractiones euitaret, ſumebant alternatim hos duodecim menſes, vnum dierum 29.& alterum dierum 30. & facta omnium aggregatione conficiebat annum Lunarem dierum 354. Ex qua vulgari menſium lunarium acceptio-

ne

ne confirmat Galenus menſem verè Lunarem eſſe dierum 29. cum dimidio: collatis enim duobus menſibus, vno dierum 29. & altero dierum 30. conficientur dies 59. quorum dimidium eſt dierum 29. cum horis 12.

Menſem & inferiora omnia per ſeptimanas à Luna immutari, Cap. V.

QVEMADMODVM igitur annum integrum Sol diſponit, ita Luna menſem, immutatione per ſeptimanas ei accidente. Nam à prima apparitione ad dichotomum, & ab hac ad plenilunium, vtrumque quidem per ſe tempus eſt dierum ſeptem, ambo verò quattuordecim. Simili modo, ſi inde, vbi ipſa æquali portione menſem diuidit, vſque ad ſecundam dichotomum connumeraueris, ſeptem & hos inuenies dies, reliquos etiam qui vſque ad abſolutam Lunæ occultationem ſunt, ſeptem.

Perpulchrè Galenus inter ſe confert periodum Lunæ à Sole, quem menſem ſynodicum dicimus, & periodum annuã, qua Sol peragrat totum Zodiacum, nẽpe diebus 365. & quarta ferè diei parte. Sicut enim integer Solaris curſus diſtinguitur in quattuor quadrantes pro acceſſione Solis ad quattuor puncta Zodiaci principalia, quæ ſunt initia ♈ ♋ ♎ & ♑; ita Luna in peregrinatione ſua à Sole vſque ad eiuſdem coniunctionem, quattuor quadrantes menſis ſynodici cõſtituit, coniunctionem ſcilicet, oppoſitionem, & duas quadraturas. Nam ſi ſpatium ſynodici menſis dierum 29. cum dimidio, diuiſeris in partes quattuor æquales, colliges quadrantem eius eſſe dierum 7. & horarum 9. licet Galenus integram tantùm hebdomadam neglectis 7. horis aſſumpſerit. Primus itaque quadrans menſis ſynodici numeratur à coniunctione Lunæ cum Sole vſque ad primã quadraturam, & continet integram hebdomadam ac inſuper 9. horas: ſecundus eſt à quadratura prima vſque ad oppoſitionem ſeu plenilunium, qui aggregatus priori quadranti, conſtituit duas hebdomadas integras cum horis 18. Tertius Lunaris quadrans incipit ab oppoſitione, & definit in ſecundam quadraturam, quouſque numerantur à coniunctione proxima hebdomadę tres, dies vnus ac tres horæ. Quartus denique quadrans, à ſecunda quadratura vſque ad ſequentem denuò coniunctionem numeratur.

Cæterùm vt quadrantes anni reuera inter ſe ſunt inęquales; ſic & hi

hi menſis Lunaris quadrantes æquales eſſe nequaquam poſſunt, ſi veros & apparentes vtriuſque Luminaris motus ſpectemus, non fictos illos & æquales, ab artificibus & Aſtrologiæ inuentoribus ideo excogitatos, vt per hos ad verorum motuum cognitionem peruenirent.

Enimuero hoc noſtro ſæculo Sol quadrantem Vernalem, qui computatur ab ingreſſu Solis in primum Arietis punctum, vſque ad ingreſſum eiuſdem in primum punctum Cancri, abſoluit diebus 92. ac horis 20. quadrantem Aeſtiualem verò à dicto puncto vltimo vſque ad ingreſſum ſuum in primum Libræ punctum abſoluit diebus 93. ac horis 11. Autumnalem verò ab hoc puncto vſque ad introitum in primum Capricorni punctum conficit diebus 89. horis 19. ac denique Hyemalem finit diebus 89. ac horis 4. Eadem ratione Lunæ hebdomadæ ſeu quadrantes tam in quauis lunatione, quàm facta comparatione vnius menſis ſynodici cum quocunque altero, variè differunt ac diſſimiles ſunt. Accipiamus, verbi gratia, menſem Ianuarium anni 1606. (quo hæc commentamur) in hoc fit nouilunium die 8. horis 8. ac minuti 33. poſt Meridiem, & primus quadrans Lunaris eſt dierum 7. horarum 4. & minuti 8. ſecundus dierum 8. horarum 4. minuti 9. tertius dierum 7. horarum 10. minuti 49. quartus denique dierum 6. horarum 16. ac minutorum 17. Erit igitur totus menſis ſynodicus verus & apparens dierum 29. horarum 11. ac minutorum 23. Atque hæc varietas etiam in reliquis menſibus alterius cuiuſcunque anni cernitur. Quod autem Galenus cenſuerit, quadrantes Lunæ dierum præcisè ſeptem non eſſe, vel inde patet, quod cùm non lateret ipſum, aggregatum quattuor quadrarum, ſeu dies 28. non conuenire abſolutè, neque cum menſe ſynodico, neque cum menſe illuminationis, vſurpauerit largo quodam modo hebdomadas. Cæterùm perbellè Galenus comparationem inſtituit anni & menſis reſpectu temperaturæ vtriuſque, ita vt qualitas quattuor anni quadrantum correſpondeat quadris Lunæ totidem: ac prima quidem Lunæ quadratura, Hyemi; ſecunda Veri, tertia Aeſtati, quarta denique Autumno aſſimuletur. Id quod Ariſtoteles etiam affirmauit, dum Capite ſecundo libri quarti de generatione animalium ait Lunam Aeſtatem ac Hyemem per menſem nō aliter facere quàm Sol per totum annum. Neque aliud eſt diſcriminis inter hanc Solis & Lunæ operationem, niſi quod efficacior eſt Solis actio, Lunæ verò debilior. Sol enim ex acceſſu ſuo receſſuque à noſtro vertice, quattuor anni partes, ſeu ſtationes euidentiſſimas ac maximè perceptibiles efficit: Luna autem pro acceſſu ſuo receſſuque à Sole, hoc eſt pro augmento decrementoque ſui luminis à Sole mutuati, eaſdem quidem temporis viciſſitudines efficit, ſed longè debiliores ac magis obſcuras. Porrò nouilunium & plenilunium

duobus ſolſtitijs iure meritò comparatur, illud quidem hyberno, hoc verò æſtiuo; & pars quidem altera menſis à nouilunio ad pleniluniũ, dum Luna augetur lumine, correſpondet medietati anni à bruma ad Aeſtatem: altera verò menſis portio à plenilunio ad nouilunium, quo tempore lumine Luna ſenſim deſtituitur, æquiparatur alteri medietati anni ab Aeſtate ad Hyemem id quod etiam infra apud Galenum Capite ſeptimo videre eſt. Vnde quadraturæ Lunæ inter coniunctionem & oppoſitionem intermediæ, duobus punctis æquinoctialibus æquipollent: vt enim in his Sol mediam obtinet diſtantiam inter humillimum & altiſſimum ſitum ſuum reſpectu verticis, & moderationem quandam in aere conciliat, ſic Luna in quadraturis lumine ſemiplena eſt, & moderatè aerem afficit. Primus itaque Lunaris quadrans ab interlunio ad primam dichotomiam ſeu quadraturam hyemalis eſt, frigidus ſcilicet & humidus, ſecundus ab hac quadratura ad oppoſitionem vernalis eſt, & calidus ac humidus: tertius à plenilunio ad ſecundam quadraturam æſtiualis eſt, & calidus ac ſiccus: quartus denique ab hac quadratura ad interlunium, autumnalis eſt, & frigidus ac ſiccus.

Cæterùm aera nos ambientem magnas ſuſcipere mutationes, dum Luna primùm occultatur, & rurſum primum apparet, nemo mortalium ignorat; maximè ij quibus hoc ſtudij eſt, agricolæ & nautæ, qui ſtaſin, id eſt ſtatum aeris tunc vocant, cùm Luna primùm apparens ſecundum aliquem ventum ſtet.

Conſtat quotidiana experientia Lunam, dum primum occultatur, plerunque facere aeris mutationem, quæ deinde perſeueret vſque ad primam eius emerſionem; quo tempore obſeruandum erit qui ventus ſpiret, is enim per totum illum menſem perdurabit. Verum à quo die pręcipuè iudicanda ſit totius menſis Lunaris conſtitutio, videtur adhuc in dubio eſſe; auctores enim inter ſe parum concordare videntur. Plinius enim Libro ſecundo Capite 47. Naturalis Hiſtoriæ ſic ait: De ratione eorum (ſcilicet ventorum) menſtrua quarta maximè Luna decernit. Hoc eſt, vt ait commentator Plinij, qui venti flaturi ſint per totum menſem, iudicatur ex ijs, qui ſpirant quarto die poſt nouilunium, illi enim vt plurimum toto menſe ſpirant; quartus enim dies indicatiuus menſis eſt. Sic Virgilius de quarto eodem die cecinit.

Sin ortu in quarto (namque is certiſſimus author)
Pura, nec obtuſis per Cęlum cornibus ibit
Totus & ille dies, & qui naſcentur ab illo
Exactum ad menſem pluuia, ventiſque carebunt.

Sed & huic opinioni de die quarto ſubſcribit Beda, licet Theophraſtus & Lucanus tertium diem à nouilunio iubeant conſiderari. Theophraſtus

phraſtus enim in libello de tranquillitatis & ſerenitatis ſignis ita ſcribit: Et ſi tertius ineuntis(ſynodici menſis ſcilicet) dies ſplendidus fuerit, præſagium eſt ſerenitatis. Idem in libello de ſignis pluuiæ ait: Iam, „ verò & Luna exoriens, cum orbem impleuerit, eadem indicat: nam ſi, „ imbecillior facta, ignea & flammea apparuerit, ventum; ſi atra & ob-,, ſcura, pluuias decernit. Idemque noua monſtrat, cùm ignes colligere „ incipit, eò quòd tertius menſis dies prædicit. Hucuſque Theophra- „ ſtus. Verùm ſi rem ipſam diligentius rimemur, nullam hic opinionem differentiam deprehendemus: nam licet, alij tertium, alij quartum diẽ obſeruari iubeant, omnes tamen illum diem intelligi voluerunt, quo primum Luna corniculata apparet, ſiue is quartus ſit, ſiue etiam ſecundus. Cæterum non prætermittendam duximus Planerij in ſuperiorem Galeni contextum explicationem, ait enim ille Lunam tum primũ occultari & apparere, cùm gerit cornua & falcata eſt, circa ſextilem ſcilicet eiuſdem cum Sole configurationem, vultque hunc locum aduerſari Capiti tertio, vbi Galenus ait omnium extremas obſcuriſſimasque aeris nos ambientis conuerſiones in falcatis & in vtrinque gib bis apparitionibus fieri. Sed reſpondendum eſt, quod etiam ſi Luna primum appareat falcata, & eandem quoque ſpeciem referat, cùm eſt in ſextili (licet hic non ſit tantum incuruata & acuminata, quantum in prima ſui apparitione, ſed aliquanto craſſior & fecundiore, vt ita dicam, pectore) diſtinguendas tamen eſſe has appellationes, vt ſcilicet intelligamus nouam ſeu recentem Lunam, cum primum apparuerit: corniculatam autem falcique ſimilem, cum ſextilem cum Sole aſpectum conſtituerit. Quam diſtinctionem ab ipſo Galeno haurimus, qui ſupra Capite ſecundo ſic inquit: & falcatam ſpeciem refert (Luna) vbi ſexangula eſt, atque tunc primum noua eſt, cùm poſt Solis congreſſum apparet. Eſt itaque mens Galeni in ſupracitato tertio Capite, in falcatis Lunę apparitionibus, hoc eſt circa hexagonam ſeu ſextilem configurationem, imbecilles fieri mutationes, reſpectu ſcilicet aliarum validiorum mutationum, quæ in nouilunijs, plenilunijs & quadraturis accidunt. Sed hoc in loco affirmat magnas aeris nos ambientis mutationes in prima Lunæ tum occultatione tum apparitione euenire, quod hę alterationes ſint coitus Lunaris, de quo alibi fuſiùs egimus, non autem falcatæ configurationis.

Cynthia ſi cornu, quod ſe ſuſtollit in altum
Incuruum ſpecie velut annuat, adfore Cœlo
Sæua procelloſi prædicet flabra Aquilonis.
Rurſus eo veniet pluuius Notus, hanc vbi partem
Pone ſupinari conſpexeris, inque recliuem
Sponte habitum; verùm ſi lumen tertius ortus
Proferat, atque Deæ conuoluat circulus oras

Suffuſus rutilo, mox tempeſtate ſonora
Spumoſum latè pelagus caneſcere cernes.

Quin etiam hęc in eodem libro ſcribit.

Non vnum deprenſa diem tibi ſigna loquuntur
Sed quæ ſigna nouo dederit nox tertia motu
Quartave, ſuſtollat medios dum Cynthia vultus,
Durabunt Cęlo: medio quæ edixerit ore
Ignes in plenos: hinc in diſpendia rurſus
Altera prouiſæ ſignantur tempora Lunæ.
Illa dehinc donec germani luminis ignes
Accedat Phœbe, menſis poſtrema notabunt.

Non ad omne tempus, quod ab initio eſt vſque ad finem, primæ apparitionis ſigna ſufficere ait: ſed dichotomos & plenilunia mutationes quaſdam adferre.

De prima Lunæ apparitione, quas tempeſtates factura ſit, ex Arato adfert Galenus, qui ait; ſi Luna dextrum ſeu ſuperius cornu quaſi incuruatum habeat (id quod non niſi de falcata Luna poteſt intelligi) à Boreali parte Aquilonem flaturum, id eſt ventos futuros. Atſi idem cornu incuruatum terram reſpexerit, ab Auſtrali parte Nothum pluuijs grauem aduenturum. Verùm ſi poſt tertium occultationis diem Luna circulo quodam ſubrubeo cincta primùm comparuerit, tempeſtates horridas adfuturas. Hæc primis illis verſiculis Aratus indicat: in ſubſequentibus verò affirmat ſigna deprehenſa ideſt temporis alicuius obſeruatam conſtitutionem, non ſolùm vnum diem indicare: ſed qualis fuerit aeris conditio tertia nocte (qua ſcilicet Luna poſt con iunctionem primum apparuerit) talem ſtatum futurum ſuccedẽtibus diebus vſque ad primam Lunę cum Sole quadraturam; à qua deinde iudicium eſſe deſumendum ait, vſque ad oppoſitionem, & ab hac vſq; ad alteram quadraturam: à qua denique de reſiduo menſis vſque ad coniunctionem iudicandum cenſet. Colligimus autem ex his Arati verſibus non deſumendum eſſe iudicium de toto aliquo menſe ſinodico ab vno aliquo termino ſeu ſtatione Lunæ, vt Plinius & Virgilius innuunt, ſed quadraturas etiam & plenilunia ſuas mutationes efficere. Cui ſuffragatur teſtimonium Theophraſti, in libello de ſignis pluuiarum ſic dicentis: Quamobrem ab interlunio, tanquam à principio contemplationis initium ducere conuenit, terrenis enim rebus Luna mutationem infert, vt plurimum quarta, ſin minus, octaua: atque ſi per id temporis non fit mutatio, certè fiet in plenilunio: item à plenilunio ad octauam menſis decreſcentis, ab octaua ad quartam, inde ad numiniam, ideſt ad ſilentem Lunam redeundum eſt.

Omnis

Omnis autem velox mutatio criſis appellatur,& ſtatum quidem in Luna falcata potiſſimum dicunt: deinde ad plenilunium tranſferunt ſimiliter vocantes,hoc enim validas vires etiam obtinet:hoc autem imbecilliores quidem ſunt ſemilunares ſtationes, attamen & hæ quoque de aere decernunt.Quare menſem à Luna immutari ſecundum ſeptimanas iam eſt perſpicuum.

Criſis vox eſt generalis, quæ non ſolùm ad morbos, vt paſſim apud Galenum, verumetiam ad aerem, vt hoc in loco, refertur:omnis enim velox aeris mutatio criſis appellatur. Dantur autem quattuor principales criſes in toto curſu Lunari, & prima eſt cùm Luna falcatam refert ſpeciem, ſeu in prima apparitione, & hanc ſtatum appellant, quòd ex ipſa decernatur temporis,ſeu aeris mutatio ſubſequutura vſque ad ſecundam quadraturam, vbi fit altera criſis: at tertia fit in plenilunio, quarta verò in ſecunda quadratura, duratque vſque ad proximam Lunæ diſparitionem.

Omnium autem criſium validiſſima eſt, quæ fit dum Luna falcata eſt, nam quæ in plenilunio & quadraturis fiunt, prima ſunt imbecilliores. Porrò concludit Galenus menſem,hoc eſt,aeris conſtitutionem in quouis menſe ſecundum ſeptimanas immutari, quod termini illi, in quibus criſes accidunt, à ſeptem dierum numero ſiue ſeptimana parum abſint.

Quod autem aliæ res vniuerſæ inde quoque mutantur,omnibus non perinde conſtat: ſed ijs, qui huiuſmodi accuratè obſeruauerint, inconfeſſo eſt. Ad hæc poſt ſeminis conceptionem omnis impregnatio, inſuper nihilominus hac & poſt partum adauctio.

Item omne actionis initiũ magnas alterationes in ſeptimanos circuitus obtinet. Quæ namque quotidie omnibus, quæ ſubſiſtunt incidunt, horum cauſam Luna habere obſeruata eſt, maximeque tetragonis & diametris ſtationibus ea immutans. Nam ſi Luna in Tauro exiſtente ſemen concipiatur,vel partus, vel omninò alterius cuiuſdam principium contigerit, magnas eius mutationes faciet, quando ſigniferum percurrens in Leone,Scorpio,& Aquario fuerit. Verùm in Leone tetragonos, ideſt quadrata ſtatio,ſeptimanæ vnius exiſtit.In Scorpio diametra,duas ſeptimanas habet.Ita quoque in Aquario ſecunda quadrãgularis ſtatio in tertiam ſeptimanã procedit,idq; neceſſariò,quod Luna ſicut ante diximus vicenis diebus ſepteniſque, & particula quadam adiecta, maximè tertia diei

parte,

parte, vniuerſum ſigniferi ambitum peragit. Si namque in toto tẽpore totum orbem pertranſire oportet, conſtat quartam ipſius partem in ſeptem propè diebus eam expedituram.

Proinde huius te admodum meminiſſe ad futura conuenit, nempe Lunæ tranſpoſitionem tetragonam non diebus ſeptem integris circumſcribi.

Hucuſque maximas Lunæ vires pro varia eius cum Sole habitudine in aeris mutatione didicimus: atqui cùm hæc inferiora omnia ab aere plurimum & præcipuè afficiantur, qua ratione primam ac præcipuam actionem in hæc terreſtria à Luna proficiſci pernegabimus? Atque licet iſthæc Lunæ actio non ita euidenter in quorundam maximè imperitiorum ac vulgi ſenſum incidat, ab Aſtrologis tamen ita firmis ac certis rationibus, longaque ac indubitata experientia rerum magiſtra perſpecta eſt, vt dubium de ea reliquum eſſe non poſſit. Quibus ſi fidem auctoritatemque derogamus, non video cur eandem arti etiam medicæ non abnegemus, quę non minus coniecturalis eſt & obſeruationibus conſtat, quàm hæc noſtra Aſtrologia.

Admiranda igitur, nulloque modo damnanda eſt diligens Aſtrologorum in obſeruandis, explicandisque Cęlorum motibus ac varietatibus ſolertia; qua hoc tandem aſſequuntur, vt maximo cum valetudinis ſuæ emolumento ægritudines aduenturas præuideant, præuiſas animo forti ac conſtanti (temperatura primùm corporis ad eaſdem lenius excipiendas optimè munita) exſpectent, præſentes denique facilius, citiusque effugiant, ac ab iiſdem liberentur.

Ad hæc poſt ſeminis conceptionem &c.

Exponit nunc Galenus ac recenſet illa, quæ mutationem à Luna ſecundum ſeptimanas circuitus, hoc eſt ſecundum quadraturas & oppoſitiones ſortiuntur, dicitque huic alterationi maximè ſubijci conceptionem ſeminis, editionem partus, & omne denique actionis initiũ. Qua in re ab Aſtrologorum doctrina parum, aut nihil recedit, licet enim illi in quocunque rei alicuius principio non ſolam Lunam, ſed reliquorum etiam Planetarum conſpirationem attendant & examini ſubijciant, præcipuas tamen vires actionemque euidentiorem ac præ cæteris magis relucentem Lunæ varijs de cauſſis attribuunt; illa enim humidis omnibus, qualia ſunt, quæ ortui vicina ſunt, naſcique primùm incipiunt, maximè prædominatur, deinde & corporibus eorumque augmentationi, ob luminis ſui augmentum decrementumque perbelle aſſimilatur, tum verò maximè parti vegetatiuæ, quæ in ortu hominis magnopere poteſt ac viget, ex Philoſophorum omnium ſententia dominatur. Verò autem Aſtrologi ſingularum rerum exortus

tus tanquam principium ſumunt, in eoque lucem & calorem cęleſtem ipſis rebus recens exorientibus primitus impreſſum, perdurare tantiſper volunt, donec ipſæ permanſerint; ſed huic luci ac calori primario ſuperuenit deinde lux & calor ſecundarius, qui ſuccedentib. temporibus res iam natas inque lucem productas ſubinde aliter atque aliter afficit, prout ipſorum ſiderum poſitus continenter variatur: neque tamen calor ille cœleſtis vnicus & primarius ſeu materiæ primitùs impreſſus vllo modo à varijs ſuccedentium temporum conſtitutionibus extinguitur, ſed progreſſu temporis aduenietibus cęli actionibus ac luce ſecundaria alteratur potiùs, varieque non minimam adducens differentiam diluitur. Cæterum primum illud principium mutationum omnium ſuperuenientium fundamentum eſt, & veluti materia quædam, ex qua reliqua omnia pullulant, germināt, & enaſcuntur, & qua ceſſante, hæc etiam eſſe deſinunt. Quamobrem periti Aſtrologi futuros euentus cuiuſcunque rei definire volentis officium fuerit, vnicum illud ac ſtabile principium exactè perpendere, idemque cū reliquis ſuperuenientibus vbique ac ſemper rectè contemperare: in quo radices quæſitorum vtpote durationis, qualitatis futurorū euentuum ac reliquorum huiuſmodi reperiet; nam vnaquęque ſtella ſocietatem retinet cum ijs dicti principij locis, quorum ab initio gubernationem ſortita eſt: inimicitiam autem conſeruat cum ijs, cum quibus ab initio hoſtili radio configuratur, diſſidet, vel alia quacunque ratione aduerſatur. Hinc enim & quæ ad promouendam rem illam primitùs ortam, & quæ ad deſtruendam ſunt idonea probè innoteſcet.

Nam ſi Luna in Tauro exiſtente ſemen concipiatur, &c.

Adfert nunc Galenus exemplum alterationum illarum, quæ reſpectu Lunæ contingunt, & quidem à partu hominis; ait enim ſi tempore partus alicuius Luna reperta fuerit in Tauro, natum illum, vel quicquid illud erit, quod Luna ſic conſtituta ortum habuerit, magnas mutationes ſubiturum, dum Luna peragrauerit Leonem, Scorpium, & Aquarium, quorum ſignorum duo, Leo ſcilicet, & Aquarius tetragonam radiationem cum Tauro conſtituunt, Scorpius verò diametram. Ratio autem huius eſt, quod cùm Luna ab initio familiaritatem contraxerit cum ſigno Tauri, vbi tunc dominium acquiſiuit ſignificandi, & imprimendi ſuper complexionem dictæ rei eodem tempore exorientis, ſeu principium habentis, fit neceſſariò, vt eadem incurrente in ſignum ipſi Tauro aduerſarium, ſiue illud quadratum ſit, ſiue oppoſitū, res illas alteratis humoribus patiatur, & debilitetur. Sic etiam ſi quiſpiam in ægritudinem inciderit, cùm Luna in aliquo gradu Tauri conſtituetur, is vbi eadem conſimilem gradum ſeu in Scorpione ſigno oppoſito,

poſito,

poſito, ſeu in Leone vel Aquario, ſigno quadrato occupauerit, malè ſentiet, & humores in peius mutabuntur. Atque hæc quidem à Galeno allata ſunt, vt conſtaret actiones Lunæ in ſeptimanas circuitus con fici, hoc eſt ſingulis ſeptem diebus propemodum euariari. Vbi Aſtrologiæ ſtudioſos admonemus neceſſarium eſſe, vt in computandis hiſce hebdomadibus, quæ ex acceſſu Lunæ ad loca quadrata & oppoſita cõ ſurgunt, ad veros Lunæ motus, non ad medios, vt Galenus hic fecit, reſpiciamus, veri enim motus nunquam ijdem ſunt, ſed ſemper alterantur, vt alibi oſtendimus.

Qui ſalutares aut infeſti dies ſanis aut ægrotis futuri ſunt, ex Luna prænunciari poſſe. Caput VI.

PORRÒ illud denuò repetendum eſt, quod nos quoque obſeruantes veriſſimum ſemper eſſe comperimus, ab Aegyptijs Aſtronomis inuentum, Lunã non modò ægris, ſed etiam ſanis dies quales tandem futuri ſint, poſſe prǫnunciare. Si enim ad Planetas temperatos ſteterit (quos iam & ἀγαθοποιὺς Græci nominant, ſalutares Latini) fauſtos ac bonos dies producere: ſi ad intemperatos, graues moleſtosq́ue.

Galenum diligentem Aſtrologiæ operam nauaſſe tum in doctiſſimis ſuis operibus hinc inde, tum verò maximè ex huius loci teſtimonio fit manifeſtum; id quod de ſemetipſos diſſimulandum eſſe non duxit, neque id ignominiæ ſibi, ſed laudi potiùs futurum exiſtimauit, vt non immeritò explodendi ſint quidam noſtræ ætatis Medici, qui vt ignorantiam ſuam aliquo modo videantur obtegere, Aſtrologiam ipſam non ſolum Medico neceſſariam eſſe negant, ſed mendacem illam, falſamq́; eſſe impudenti ore proclamare non erubeſcunt. Sanè ſi ijdem illi diuinam hanc ſcientiam cum Galeno ſæpiùs experimentis comprobaſſent, non ſolùm veram illam eſſe & ipſi inueniſſent, ſed vtilem etiam & Medico maximè neceſſariam: quippe quæ tum ſalutares, tum infauſtos ægroti dies indicet, & quem finem tandem ægritudo ſortitura ſit, vel ad mortem, vel ad ſalutem manifeſtis argumentis edoceat. Nec mirari ſatis poſſum Ioannem Manardum, Medicorum ſui temporis non poſtremum, ita apertum & iuratum Aſtrologiæ hoſtem ſe profiteri, vt peſtem illam Reip. & virus nocentiſſimum appellare non ſit veritus, cũ

tamen

tamen ipſe nihil ſolidi contra afferat, ſed ad Ioannis Pici & Hieronymi Sauonarolæ coętaneorum ſuorum ſcripta contra Aſtrologiam ſeſe referat. Quorum alteri Pico ſcilicet doctiſſimè reſpondit Lucius Bellantius Medicus Senenſis, & argumenta Pici non ſolùm egregiè conuulſit, ſed & omnem hanc noſtram ſcientiam maximè muniuit. Alter autem Sauonarola nihil nouum à Pico attulit, ſed quę hic diffusè, eadem penè ipſe pauciorib. cartis protulit. Manardi itaque partes erant proprijs argumentis & experientijs artem illam conuellere, quam ipſe tantopere exoſam aliorum auctoritate condemnat. Sed videamus nunc quæ ipſe Epiſtola quinta Libri decimiquinti contra præſentem contextum Galeni, quem non eſt veritus Præceptorē impudenter abnegare, inutiliter effutiuit: licet Galeni laus & gloria tam excelſo loco ſita ſit, vt à Manardi, viri alioquin doctiſſimi, calumnijs nequaquam ſit paſſura. Sed quomodo (inquit Manardus) poſſunt hi dies (critici,,, ſcilicet) certi quippiam habere, ſi verum eſt aliud, quod experientia,,, obſeruatum dicit Galenus, Luna beneuolos Planetas reſpiciente, bo-,, nos & ſanis & ægrotis dies contingere; ſi ad maleficos reſpiciat, ma-,, los & contriſtantes? Ex hoc enim plerumque euenit, vt laudati ab,, Hippocrate dies maligni ſint, & quos ipſe vituperat, boni. Sed heus,, Manarde, veram ne ſemper horum criticorum dierum ab Hippocrate,, aſſignatorum rationem experientia cognouiſti? Profectò ſi ingenuus es, diſſimulare non potes, criticos illos dies ſæpiſſimè dummodo expertus ſis, ab Hippocratis opinione diſcedere & diuerſos eſſe. Nam & Cornelius Celſus Aſclepiadi Hippocraticam horum dierum obſeruationem repudianti ſubſcripſit: & multi præterea (referente Augerio Ferrerio Medico, Toloſate) non vulgaris doctrinę & nominis ſui tēporis Medici in pauciſſimis ęgrotātib. veritatem horū dierum criticorū agnouiſſe ſe fatentur; necnon & Federicus Chriſogonus in libello de Prognoſticis ægritudinum per dies criticos, Capite quinto, hos Hippocraticos dies decretorios in controuerſiam vocat. Cæterùm Aſtrologi omnes dierum criticorum rationem ad Lunæ motum referentes, illos dies notant, quibus Luna peruenit ad vtramque tetragonam, & ad diametram ſtationem reſpectu loci, in quo inchoante morbo reperiebatur, ideoq; primum tetragonum attinget nōnunquam ſeptimo, & interdum octauo die, diametrū verò nunc decimoquarto, nunc decimoquinto: & alterū tetragonū alias vigeſimo, & alias vigeſimoprimo die, ac tandem vigeſimoſeptimo vel octauo ad ſuam epocham reuertetur: & hanc rationem video probationes tum Aſtrologos tum Medicos ſequi: quin & Augerius Ferrerius eandem comprobat his verbis: quam methodū recētiores multi Medici, & Aſtrologi cęteris omnib.,, præferunt & extollunt mirum in modum, atque vt ingenuè fatear,,, experimento ſæpè comperi morbos iudicium diſtuliſſe, donec Luna,,

F motu

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

,, motu ſuo perueniſſet ad quadratum, vel oppoſitum ſtellæ cum qua fue
,, rat, cum primum ægritudo inciperet, aut idem omninò punctum at-
,, tigiſſet. Quod frequenter contingebat die octauo & quindecimo, &
,, decimoſeptimo, & vigeſimo, & vigeſimoprimo, & vigeſimoſecundo, &
,, cæteris indifferenter, vt non mirum ſit Hippocratem ſæpè decimum-
,, ſeptimum & vigeſimum, & alios qui his correſpondent, tanquam de-
,, cretorios obſeruaſſe: ſed cauſſam agnoſcere non potuit, quod ſuo tem
,, pore Planetarum motus non bene comperti eſſent. Hæc eſt igitur A-
,, ſtrologorum ſententia, Lunam in principio ægritudinis cum malefi-
,, co aliquo Planeta coeuntem, aut in eius quadrato aut oppoſito exi-
,, ſtentem maximas alterationes producere, cùm ad hoſtiles alios aſpe-
,, ctus prouenerit, ſiue decretorio, ſiue non decretorio die id contingat,
,, vt cùm Luna in prima acceſſione iungitur Marti, tetragonos poſtea
,, eius radios oppoſitione attingens, miras tragędias excitabit, & mor-
,, tem ſæpè afferat, cùm beneficorum radij Lunam non fouebunt. Hæc
, Ferrerius. Verum enimuerò, vt ne cui poſſit ſuboriri dubium, quos
beneficos & ſalutares, & quos maleficos, ſeu infeſtos Planetas vocent.
Aſtrologi, monendum duximus, Iouem maximè ac Venerem, deinde
& Mercurium & Solem, quando bene affecti ſunt, & Ioui ac Veneri be
nignè conciliati beneficos appellari; Martem verò atque Saturnum,
ſicque denuò Solem & Mercurium, dum malè poſiti, & Saturno, aut
Marti ſiniſtrè commixti ſunt, maleficos nuncupari.

Fingamus enim homine quodam naſcente ſalutares Planetas in Ariete, malignos in Tauro eſſe: is homo nimirum, cùm Luna in Ariete, Cancro, Libra & Capricorno fuerit, pulchrè deget: cùm verò Taurum ipſum vel tetragonum aliquod vel diametrum ſignum occupat, malè tunc & moleſtè vitam tranſiget.

Planetæ omnes ab initio naſcendi familiaritatem requirunt cum il lis locis, in quibus in dicto initio vel inueniuntur, vel aſpectu aliquo copulantur. Quamobrem ſi contigerit Lunam vel quemcunque alium vitæ ſignificatorem, aut dominum per loca fortunata decurrere, quæ benefici Planetæ tempore naſcendi, vel corpore, vel radio poſſidebant, non tantùm ſextili, aut trigono, ſed etiam quadrato, oppoſito, vel antiſcio: tunc bene habebit natus. Sed & idem etiam intelligendum eſt, quando Luna vel vitæ ſignificator per directionem fertur ad dicta loca benefica, tūc ſiquidem natus optima fruetur valetudine: & effectus is à directione dependens multo erit & diuturnior & efficacior euentu illo, qui per tranſitum ſignificabatur; directionum enim ſignificata in annum integrum & vlterius etiam, tranſituum verò in dies ſingulos, vel complures incidunt, vel abſoluuntur. Iam verò ſi Lunæ, vel Solis, vel vitæ ſignificatoris, aut domini aſcendentis directio vel tranſitus

ſitus per loca infauſta contigerit, quæ ab initio malefici corpore vel radijs, noxijs ſcilicet vt quadrato vel oppoſito, & nonnunquam ſextili, vel trino, dummodo adſit inimicitia, obſidebant: malè tunc natus vitam tranſiget; ac directio quidem longiorem morbum, tranſitus autem breuiorem adferet.

Atque iam morborum initia huic cùm Luna in Tauro, Leone, Scorpio, & Aquario fuerit peſſima: ſine periculo autem & ſalutaria ſunt, cùm Arietem, Cancrum, Libram, & Capricornum Luna permeat.

Hoc eſt ſi contingat morbum aliquem initium ſumere, cùm Luna fuerit in loco alicuius malefici in natiuitate, vel eius quadrato, aut oppoſito radio, tunc quidem peſſima erit ægritudo & lethalis. Verùm ſi quiſpiam ægrotare primum cœperit Luna poſſidente locum, quem benefica in radice tenuerat, aut radio aliquo aſpexerat, tunc ægritudo erit ſine periculo & ad ſanitatem citò terminans, dummodo benefica illa nullam cognationem cum morte ab initio habuerit: poteſt enim & benefica nocere interdum, & maleficam induere naturam, cùm ſcilicet domina eſt loci mortis, aut maleficis ſtellis aliquo modo permiſceetur. Extat autem Aphoriſmus cum hac Galeni doctrina conſentiẽs in Centiloquio, quod ſub Ptolemæi nomine circumfertur, eſtque talis. Morbus qui cępit cùm Luna fuerit in eo ſigno, quod malefica aliqua tenuit in genitura, tunc in quadrangulo, aut diametro eius grauiſſimus futurus eſt; ſi autem malefica reſpicit periculoſus: ſin in loco, vbi geniture tempore benefica fuerit, ſine periculo erit. Accedit huc, quod & tranſitus Solis per loca maleficorum geniturę, noxius eſt, ac tum quidem maximè, cùm Sol vitæ dominium acquiſiuit: nec non & tranſitus malefici alicuius per loca luminarium radicis infauſtus eſt, ſeu per locum aſcendentis aut diametrum eius aut tetragonum: quinetiam ſi malefica aliqua ingreditur illum locum, ad quem directio aſcendentis vel alterius cuiuſpiam vitæ ſignificatoris illo anno perue nerit, præſertim ſi id ad initium anni, quo Sol ad locum natalitium reuertitur, acciderit, infauſta erit talis progreſſio. Sed hęc à nobis fuſius cap. 20. cum ſequentibus noſtris tractatus deſcribentis.

Cæterum non ab re erit videre, quæ contra præſentem Galeni contextum ſcripſerit Manardus Epiſtolarum libro 15. Epiſtola quinta, cuius hæc ſunt verba. Ex hoc enim plerumque euenit, vt laudati ab „ Hippocrate dies maligni ſiut, & quos ipſe vituperat, boni. Sicut etiam „ ex alio Aſtrologorum dicto, à Galeno non minus recepto. Aſſerunt „ quippe ijdem Aegyptij Aſtrologi, quoties id ſignum, in quo boni Pla- „ netæ fuerint, natiuitatis alicuius hominis tempore Luna inſederit, bo „ nos dies illi homini futuros: atq; è diuerſo malos, quoties in eo ſigno „



,, fuerit,in quo mali Planetæ erant, dum homo naſceretur. Idem indi-
,, cantes ex ſignis, quæ de quadrato vel aduerſo primordia illa ſigna
,, reſpiciunt. Vt ſi Arietem boni Planetæ tenuerint hora natiuitatis,&
,, mali Taurum, quando Luna in Ariete, Cancro, Libra & Capricor-
,, no fuerit, bene cum homine illo agetur, quando in Tauro, Leone,
,, Scorpio, vel Aquario, male. Quid igitur certi relinquetur die-
,, bus Hippocratis, ſi in vno Lunæ circuitu vix decem ſupererunt dies,
,, qui ex cœleſti cauſſa non impediantur? Sed cùm duo ſint ſecundum
,, Aſtrologos beneuoli Planetæ, Iupiter & Venus, duo maleuoli Sa-
,, turnus & Mars: fingamus aliquem Planetis his quattuor diuerſa ſi-
,, gna tenentibus, vt me hæc ſcribente contingebat: Iupiter enim in
,, Scorpione, Venus in Libra, Saturnus in Cancro, & Mars erat in
,, Virgine: nullus ei nato, quocunque ægrotauerit tempore, ex no-
,, tatis ab Hippocrate diebus relinquetur, qui à proprio ſignificato
,, non detorqueatur. At dixerit fortè quiſpiam per bonos hoſcè in-
,, fluxus iuuari bonos Hippocratis dies, per malos malitiam malo-
,, rum augeri. Sed dicat mihi, quidnam fiet ſi cum bono influxu ma-
,, lus dies, vel cum malo bonus coniungatur? Mixta inquiet ex bono
,, & malo proueniet operatio. Verum, nomine hoc eſt Hippocrati-
,, cas obſeruationes peruertere? & ordinem omnem ab eis auferre,atq;
,, Medicum à propria profeſſione ad ſupputandos cœleſtes motus euo-
,, care, & in hanc neceſſitatem adducere, vt cuiuſcunque ægroti cura-
,, tionem accepturus eſt, natalem horam cognoſcat, & Planetarum lo-
,, ca cum ſtylo & abaco in eadem hora perueſtiget? Verùm & morbo-
,, rum initia non minore diligentia erunt obſeruanda, quum iuxta A-
,, ſtrologorum & Galeni ſententiam bona futura ſint, his orientibus
,, ſignis, in quibus boni Planetæ fuerunt tempore natiuitatis: & mala
,, illis orientibus, in quibus mali fuerunt collocati. Idemque indican-
,, dum de ſignis quæ vel ex aduerſo,vel ex diametro reſpiciunt. Tanti
,, autem momenti eſſe Galenus putat principia, vt ab his ferè depen-
,, dere dicat vniuerſam ex criſimis diebus prognoſticationem. Magnas
,, enim quæ in quadratis,vel in aduerſis locis fiunt mutationes,in bonis
,, principijs bonas,in malis malas eſſe arbitratur:vt & hic illud dici poſ-
,, ſit, quale fuerit principium, talem & exitum. Quare principij ho-
,, ra erit cum aſtrolabio à Medico accuratiſſimè cognoſcenda, & quod
,, ſignum in ea oriatur, ſolertiſſimè inueſtigandum: hoc enim perdito,
,, ſimul omnis dierum iudicialium ars deperibit: alioqui eo etiam ha-
,, bito ruitura, ſi horæ principij magis ſtandum ſit,quàm diebus ab
Hippocrate ſcriptis. Hucuſque Manardus, qui illud in primis mole-
ſtè ferre videtur, determinatos Hippocrates dies decretorios ab A-
ſtrologis excludi: & eoſdem variè permutari pro diuerſa Lunæ cum
cæteris Planetis configuratione. Verùm ſi Manardus, vt par erat,

Medi-

Mediciniæ Aſtrologiam coniunxiſſet, longè diuerſum ſenſiſſet, & dies illos Hippocraticos non euerti, ſed pro vario ſyderum habitu moderari intellexiſſet. Nequaquam enim tot tantique lunaris circuitus dies à cœleſtibus cauſſis, vt ait ipſe, impediuntur, neque enim ſemper Lunæ congreſſus cum maleficis dies infęlices efficit; nam ſi Luna à malefico aliquo impedita morbum concitauit, dum eadem deinde cum alio malefico alterius ab illo naturæ congreditur, non auget morbum, nec immutat, ſed in eodem relinquit ſtatu. Sit exempli gratia ægritudo bilioſa, qualis à Marte excitatur, iam verò dum Luna Saturno pituitoſos humores fouenti copulatur, non ſentiet ægrotus alterationem: ſicque etiam contrà decumbens pituitoſa ægritudine, Saturnina ſcilicet, Luna accedente ad Martem, non ſentiet ille mutationem in peius. Nam qua ratione Mars igneus pituitoſas fouebit ægritudines? Alterum eſt quod Manardum ab Aſtrologia deterret, nempe oportere Medicum, qui Aſtrologiæ ſtudeat, verſatiſſimum eſſe in calculo Aſtronomico, & auocari eundem à ſolita profeſſione, cùm aſtringatur ad examinandas cuiuſcunque ægroti genituras. Præclarè profectò. Ergo ne ita oſcitanter de re adeò magni momenti tractandum eſt? De vita & ſalute hominis, hoc eſt de ſumma rerum agitur, cui ſi Medicus opportuno tempore & conuenienti medela ſubuenire neſciat, quid aliud agere dicetur, niſi hominem ad orcum demittere? Quot paſſim quotidie miſerrimè decedunt, qui niſi in Medicorum ignorantium manus incidiſſent, facilè poterant letho eripi & conualeſcere? Niſi Manardus noſter Galeno impudenter renunciaſſet, ad octauum librum de ingenio ſanitatis ipſum remitterē, vbi Galenus ait Medicos Aſtrologiam ignorantes peiores eſſe ſpiculatoribus & homicidis, non cognoſcentes neceſſaria requiſita ad Medicinam. Nunquid Medicus, qui temperaturam ægroti, quam ex Aſtrologia optimè poterat diſcere, ignorat, facillimè contraria medicamenta ægroto præbere poteſt, & ita lethum eidem propinare? Neq; tñ aſtringendos abſolutè Medicos arbitrarer, vt ſingulorum qui ſuæ curæ ſunt, natiuitates ſcrupuloſè diſcutiant, id enim nimij foret oneris, ſed vt id ſedulò præſtent, quod pro tēporis anguſtia facillimè poſſunt, prout nos in ſequente tractatu de Aſtrologię & Medicinę cōſenſu monebimus. Interim tñ non ab re erit illorum ſaltem, quorū ordinariam curam gerunt, horā natiuitatis cognoſcere, & vitæ ſignificatores dirigere, vt morborū maximè principalium tempore pręcognito, faciliùs poſſint aduenienti malo obuiā ire & reſiſtere: vt ſi verbigratia viderint ſignificatorem aliquem vitæ, qui vt plurimum eſt vel Sol, vel Luna, vel Horoſcopus, deferri per deiectionē ad corpus vel aſpectum aliquem malefici Martis, morbum acutū & ardentē ſignificantis, poſſint tunc tēperaturam nati ad ſuſtinendū morbi impetum cōponere,

& cor-

& corpus ipſum refrigerantibus, aut venę ſectione, ſi ita viſum fuerit, ita præparare, vt ægritudinem ſuperuenientem lenius ac moderatius ferat, & excipiat. Cauillatur poſtremò Manardus principia morborũ, ac Medici partes eſſe vult illa principia Aſtrolabio obſeruare; quaſi verò nõ ſufficiat, principium hoc cognouiſſe ad communis horologij ſonum, quod abunde ſufficit ad cognoſcendos dies decretorios, qui ad Lunæ poſitum radicalem in dicto morbi initio referuntur, & ad præſagiendum morbi terminum, an ſcilicet ad ſalutem, an verò ad mortẽ conducat, veluti fuſius in ſubiecto tractatu patebit. cap. 14. & ſequentibus. Cæterùm vt Medicorum omnium auctoritates pro Aſtrologia videatur ſuſtuliſſe Manardus, cùm Galenum ipſum de Aſtrologiæ inſcitia arguere nequeat, Hippocratem tacitè cõdemnat, quem ſi quando de conſtitutione Cœli locutus ſit, de aeris conſtitutione loqui affirmat. Ita non veretur præceptorem ſuum ignorantiæ accuſare, cuius ne ipſe teneatur authoritate ac teſtimonio, ſenſum verborũ ipſius in alienam ſententiam conetur detorquere. Ait Hippocrates primo Epidimiorum ſectione tertia in principio morbos cognoſci non ſolùm ex tota, ſed etiam ex partiali, ſeu vt habet alia verſio, ex ſingulari conſtitutione cœleſtium. Quid hoc eſt aliud dicere, niſi præter generalem aſtrorum conſtitutionem, particulares etiam cuiuſque geneſes obſeruandas eſſe? vel ſingularum Cœli conſtitutionem ad illud temporis momentum, quo quis ægrotare cœperit, attendendam? Videant igitur noſtri temporis Medici, quantum à vero præceptorum ſuorum tramite aberrent, dum negligunt Aſtrologiam medicinæ coniungere: ſed ad Galenum reuertamur.

Ad hæc alterationes magnas, quas in tetragonis & diametris per ſeptimanas fieri diximus, in lethalibus quidem morbis lethales & ipſas, in ſalubribus bonas euenire neceſſe eſt. Quamobrem Hippocrates etiam damnat maxime mutationes, quæ in diebus decretorijs ad peiora declinant: quippe quod lethalis morbi ſymptoma ſit, quemadmodum, vt arbitror benigni contrarium.

Non poteſt Medicus ab ipſo ſtatim morbi exordio de fine eiuſdem vel ad ſalutem, vel ad mortem determinare, ac proinde dies decretorios exſpectat, vt de morbi conditione certior euadat: ſed Aſtrologus ab ipſo principio immediatè iudicat, ſitne futura ægritudo lethalis, an verò ad ſalutem terminatura: maximè ſi figuram natiuitatis ægri examinarit, & loca maleficorum noxia & beneficorum ſalutifera didicerit, & quo cuiuſque Aphetæ aut vitæ ſuſtentatiui directio progreſſa ſit, examinarit: nam ſi vitæ ſignificatorum aliquis ad locum malefici infauſtum impegerit, & ſimul adſint ſub morbi initium certa mortis inditia (qualia in tractatu ſubſequente c. 21. 22, & 23. adferemus) valida

lida erit mortis venturæ ſignificatio: contra ſi directiones fauſtæ, & nulla adſint, incipiente morbo, ſigna mortem minitantia. Quam ego iudicandi rationem certiorem eſſe, quàm Medicorum à poſteriori con iecturā arbitror: quid enim prohibet quominus vel in morbo lethali ſeptima dies, quæ decretoria eſt, poſſit eſſe fauſta, & morbi ſęuitia nōnihil intermitti, cùm ſæpe ſæpiùs eueniat, vt Luna illa die beneficis ſtel lis coniungatur: & tamen ſuperueniente poſtea infęlici ſtellarum habitu morbus vires acquirat, & mortem in decimaquarta inferat?

Quod ſi quis & huius ipſius cauſſam, cur quadratę & diametræ ſtationes ſint potentiſſimæ quærat, is longiſſime à propoſita diſputatione digreditur. Nam in præſentia non primas cauſſas omnium quæ ad aſtronomiā pertinent, ſed quæ propoſito noſtro vtiles ſunt inquirere cogitamus. Vtiles autem cauſſę ſunt, quæ ſeptimanæ naturam interpretantur.

Non adſtringit Galenus Medicum ad tantam ſubtilitatem, quantā Manardus videtur requirere, ſed ſufficere ait, vt ab Aſtrologo nonnul la tanquam certa & experientia comprobata recipiat, & ea tantùm ſcrupulosè perquirat, quæ ad medicinam maximè conducant. Superuacaneum enim foret, ſi Medicus cauſſas ſingulorum, quæ ab Aſtrologis afferantur, velit cognoſcere, vt ſi inueſtiget cur trinus & hexagonus aſpectus proficuus & ſalutaris, quadratus & oppoſitus maleficus & noxius ab illis cenſeatur. Sufficit vt Medicus in his Aſtrologorum experientiæ per rationem comprobatæ acquieſcat; interea tamen ſi cuipiam lubeat principia Aſtrologiæ, quam vocant Iudiciariæ, ex fundamentis cognoſcere, is recurrat ad primum librum quadripartiti Ptolemæi, alioſque ſcriptores, qui de illis ex profeſſo tractant.

Rurſus igitur eas in ſummam colligamus. Lunæ tetragonæ & diametræ ſtationes in principijs bonis bonas faciunt alterationes: in malis malas. Atque hoc præterquam quod Aſtronomis inconfeſſo eſt, integrum eſt & tibi obſeruare. Sin autem huiuſmodi nec obſeruare volueris, nec ijs qui obſeruarunt, fidem adhibere, indubiè ſophiſtarum vbique nunc obſtrepentium aliquis es, qui ratione manifeſtò apparentia nos approbare poſtulant, cùm è contrario ex euidenter apparentibus, de abditis ratiocinandum eſſet. Ita ſuo quæque res principio circuitus ſequentes vniuerſos conſonos habet.

Repetit ea, quæ paulò ante dixerat, nimirum Lunæ tetragonas & diametras ſtationes in principijs bonis bonas facere alterationes; in malis, malas. Quæ autem ſint principia bona, quæ mala, ex ſupradictis Galeni facile eſt intelligere; bona enim erunt, ſi Luna in genitura

vel in morbi initio benè affecta ſit & cū beneficis Planetis aliquo modo copuletur;tunc enim vbi ad quadrata & oppoſita loco peruenerit, optima contingēt ſimptomata, & ægritudo in melius commutabitur: mala autem erunt principia, quando Luna qualicunque modo maleficis Planetis copulabitur;tunc enim in quadratis & diametris eiuſdē ſtationibus acerba accident ſimptomata, & ęgritudo in peius declinabit,ſicut videre licet cap.17.ſequentis tractatus. Poſtremò tandem inuehitur Galenus in illos,qui eius ſunt peruicaciæ, vt nec ipſi obſeruationibus vacare nec obſeruantibus credere velint,& hos meritò ſophiſtas ſeu cauillatores appellat: eſtque hoc genus hominum adeò perfrictæ frontis, vt laudem ſibi ac gloriam & aliorum calumnijs exiſtiment prouenire.

In acutis morbis ſummam vim obtinere ſeptimanas:in diuturnis ortus ſiderum, quibus anni tempora variantur: itemque illis coincidentes plures ineſſe iudicatorios,in his circuitu magis ſeptimanarum fieri iudicationem. Cap. VII.

CIrcvitvvm alij numero quodā dierum conſtant, alij menſium: Iam verò qui dierum numero conſtant, ſeptimani ſunt, & Lunæ modo incedunt, qui autem menſium ad Solem referuntur,eodem modo euenientes.

Diſtinguit morbus Galenus, & alios dicit eſſe, qui diebus menſurantur, vt ſunt qui intra menſem finiuntur, & hi ſecundum ſeptimanas pro Lunæ curſu alterantur, quatenus ſcilicet ipſa ad quadratas & diametras ſtationes peruenit;alios verò,qui menſium numero finiuntur, & hi ad Solem referuntur. Auguſtinus Niphus Libro primo de diebus Criticis Enunciato nono diſtinguit morbos è materia emergentes penes tēpus,in diarios,hebdomadarios,menſtruos,& annuos; & diarij quidem dicuntur,qui intra diem apti ſunt deſinere, vt angine & neruorum reſolutiones, & id genus alij,quos perperacutos Medici ſolent appellare, quod accidentia habeant ſęuiſſima: Hebdomadarij ſunt,qui ſeptem dierum ſpatio finiri conſueuere,& hos Medici peracutos vocant,quod in illis accidentia non ſunt extremæ vehementiæ aut ſæuitiæ,vt in perperacutis, ſed ſæua tamen cum vehementia, vt ſunt pleureſis,phreneſis,& quædam apoſtemata hepatis, præterea

etiam

etiam apoplexia, bubones peſtilentiales, & alij nonnulli, quorum quidam terminantur etiam quarto die. Menſtrui ſunt, qui infra menſem deſinunt, vt die decimoquarto, vel decimoſeptimo, vel vigeſimo, vel vigeſimoquarto, vel vigeſimooctauo, & hi dicuntur acuti, neque ſunt à principio ad finem æquales, ſed nunc moleſti ſunt, nunc miteſcunt, nūc leuiores fiunt, nunc grauiores, pro diuerſo Lunæ, quam ſectantur, habitu. Annui denique morbi ſunt, qui intra annum deſinunt, & Solis peragrationem per ſigna Zodiaci, eiusque configurationem cum reliquis Planetis ſequuntur. Accedit his aliud morborum genus, quod annis menſuratur: qui morbi cùm vltra annum producātur, & chronici ſint ac longi, ideo Planetis tardioribus, vt Saturno, Ioui ac Marti aſſignantur.

Iterum enim ab Hippocratis verbis initium ſumendum, æſtiuos morbos dicentis Hyeme ſolui, Hyemales Aeſtate. Hoc quidē longorum morborum, & quaſi dicas annalium iudicij ſtatum tempus eſt, quemadmodum acutorum decimusquartus dies. Tempus enim quod à menſis principio ad vſque plenilunium eſt, totius Lunaris circuitus dimidium exiſtens, eandem rationem habet cum interuallo, quod ab Hyeme ad Aeſtatem vſque intercedit: quinetiam à plenilunio aduſque occultationem tempus, ſpatio quod ab Aeſtate ad Hyemem vſque porrigitur, proportione reſpondet.

Facit nunc comparationem morborum annalium cum morbis Lunaribus, ſeu menſtruis, vt enim totus Solaris circuitus toti Lunari aſſimilatur, ita partes partibus etiam correſpondent, nam dimidiū menſis correſpondet dimidio anni: vnde in acutis morbis ſe habet dies decimu ſquartus, vt in annuis ſpatium ſex menſium Solarium, & ſicut quidam morbi acuti ſoluuntur die decimaquarta, ita nonnulli annui finiuntur tranſactis ſex menſibus ſicque Aeſtiui morbi Hyeme, Hyemales Aeſtate ſoluuntur. De comparatione autem menſis Lunaris cū curſu Solis annuo, quam hic Galenus inſtituit, agimus ſupra Capite quinto huiuſce tractatus.

Sed horum vtrumque bifariā ſectum, in acutis morbis ſeptimana eſt: in diuturnis clarisſimorum ſiderum exortus, quorum ratione Ver, Aeſtas, Hyems, & Autumnus deſcribuntur. Non enim pari dierum numero hæc ſecundum vllius Aſtronomi ſententiam diuiſa ſunt: verùm manifeſtis circumflui aeris mutationibus diſtinguuntur.

Quemadmodum in omni menſe Lunari, quattuor ſunt quadraturę ſeu hebdomadæ: ita Solaris annus, vt ſępius iam dictum eſt, quattuor

G qua-

quadrantes, totidem anni tẽporibus congruentes continet; quos Ptolemęus & optimi quiq; Aſtrologi metiantur ab ingreſſu Solis in quattuor puncta cardinalia, quorum duo ſunt Aequinoctialia, vt Arietis & Libræ initia; duo autem tropica, vt Cancri & Capricorni exordia. Verùm Hippocrates & antiqui complures quattuor anni tempora ab exortu & occaſu illuſtrium ſtellarum fixarum capiebant: & Hyemem quidem à Vergiliarum, ſeu Pleiadum occaſu matutino inchoabant vſque ad Aequinoctium; Ver autem ab Aequinoctio Verno vſque ad exortum Pleiadum matutinum; Tùm verò Aeſtatem ab exortu Pleiadùm vſque ad Arcturi matutinam apparitionem, atque Autumnum denique ab hoc termino vſque ad Pleiadum occaſum matutinum. Hæc autem anni tempora tali ratione ab Hippocrate & antiquis diuiſa non ſolùm ſunt inter ſeſe eodem tempore quantitate diſcrepantia, ſed etiam pro climatum ac locorum varietate inſigniter differunt, eò quòd dictæ ſtellæ fixæ eodem ſæculo nunquam vno eodemque die annuatim exoriantur & occidant: vt interim nihil de alteratione ortus earundem ob motus tarditatem pro diuerſis ſæculis proferam. Non eſt itaque tuta hæc Hippocratica anni diuiſio, ſed cõſultius erit ſequi anni partitionem ab ingreſſu Solis in quattuor notas cardinales, quã Ptolemæus & vniuerſa propemodum Aſtrologorum ſchola vnanimi conſenſu amplectitur.

Rurſus & alio modo: quemadmodum ſeprimana acutorũ morborum decretoria eſt, ſic temporis annui mutatio diuturnorum morborum erit ſolutoria: vt in Hyeme quidem conſtitutum morbũ Ver ſoluat: in Vere conflatum Aeſtas: ſimili ratione per Aeſtatem contractum, Autumnus: in hoc paratum Hyems.

Vult Galenus, vt quemadmodum in acutis morbis ſeptima dies decretoria eſt vel ad ſalutem vel ad mortem; ita in morbis diuturnis & annuis proceſſus Solis ad ſequentem anni quadrantem pro ſalute vel morte decernat. ſed hac in re tutius erit reſpicere ad partitionem annui ſpatij per dodecatemoria, ſeu ſigna Zodiaci. Fingamus exempli gratia hominem aliquem morbo, qui diuturnus futurus ſit, occupari, dum Sol poſſidet gradum 15. Capricorni, is certè inſignem mutationem ſentiet Sole ingrediente gradum 15. Arietis, quando ſcilicet ad proprium tetragonum pernenit. Cæterùm firmiore coniectura de morbo iudicium feret Medicus, ſi ad reliquorum etiam Planetarum cum Sole configurationem reſpexerit. Decumbat nunc aliquis die 6. Ianuarij anni 1604. dum Sol obtinet gradum 15 ♑, quo tẽpore ipſe Sol dominium vitæ obtinens peruenit ad quadratum Martis. Conſiderabimus autem reliquorum Planetarum habitudinem ad Solem. Cùm itaque Sol defluat à dicto Martis tetragono, qui eſt in gradibus 13. ♌,

& Ve-

& Veneri corporaliter applicet, non iam ſpe fruemur decubitum hunc poſt ſumma diſcrimina ad ſalutem terminaturum. Verùm ſi Venus abfuiſſet, iam de morte ſucceſſura nullum erat dubium. Porrò quadratum Solis deinde conſidero (prout in morbis acutis, Lunæ motum ac ſtatum ſequentibus, diem ſeptimam, ſeu quadratam configurationem) & video die quarta Aprilis anni dicti 1604. Solem ad gradum 15 Arietis accedere, & quadratum cum loco Solis ab initio aſpectum conſtituere: reliquorum autem Planetarum ad Solē habitus talis eſt. Saturnus trina radiatione Soli configuratur, cui deinde ſuccedit trinus Iouis ad eundem. Neque Saturnus hic obeſt, cùm contrariæ naturæ ſit Marti ægritudinem inferenti. Spes igitur adhuc ſalutis ſupereſt, quam deinde Mars, Soli ab initio morbi inimicus, omninò tollit: is enim in gradu vigeſimoprimo Libræ retrocedens, ac Soli die nona ſubſequente obuiam diametra radiatione factus, ægroto lethum comminatur: dummodo ægritudo in dictam diem protrahatur, grauiſſimum enim mortis periculum ſubeſt die menſis ſeptima, ſiquidem tunc Luna gradum decimumſeptimum Cancri poſſidens in vtriuſque, & Martis & Solis tetragono conſtituitur. Iudicium itaque non incertum Medicus proferet, ſi ægrotum circa illos dies (ſeptimum vel nonum menſis Aprilis) deceſſurum affirmauerit.

Cæterùm ſingularum partium bifariam diuiſarum partes menſis quaternionibus proportione reſpondent. Quin aſtrologis etiam dicitur, quem in modum anni temporis cuiuſque & initium & finis, ſyderum clarorum ortu & occaſu deſcribitur, in eundem quoque cuiuſque medietas, alterius rurſus ſideris exortu diſtinguitur.

Annus vniuerſus de veterum ſententia in duas potiſſimùm partes diſtributus eſt, in Hyemem ſcilicet, & Aeſtatem: nam pro Solis à vertice noſtro receſſu fit Hyems, dum Sol circa Solſtitiū Hyemale, quod eſt Capricornus commoratur, & pro eiuſdem acceſſu ad verticem, ſeu ad Tropicum Cancri, fit Aeſtas. Cæterùm cùm veneranda antiquitas, ſenſu ipſo & experientia approbante probè cognouiſſet gradum illum caloris, qui Aeſtatem efficit, multò antè in aere vigere, quàm Sol ad Aeſtiuum Tropicum accederet; ſicque etiam gradum frigiditatis, qui Hyemem conſtituit, multò antè dominari, quam Sol ad Capricornum perueniret, idcirco Aeſtatem cœpit, dum Sol medium Tauri ſignum occuparet, Hyemem verò dum locum oppoſitum, ſeu medietatem Scorpij obtineret. Cumque illis ſæculis exortus Vergiliarum cum medietate Tauri, occaſus verò cum Scorpij medietate conueniret, ideo non ineptè in anni diuiſione hoc potiſſimùm ſidere vſa eſt, cuius emerſione Aeſtatem, occultatione Hyemem, quod in his magnæ fierent in aere mutationes, inchoari decreuit. Exortus itaque Pleiadum parti- Anni partis.

tur ferè per medium illum quadrantem anni, qui eſt ab Aequinoctio Vernó vſq; ad ſolſtitium Aeſtiuum; & occaſus earundem diuidit aliũ quadrantem ab Aequinoctio Autumnali vſq; ad Solſtitium Hyemale. Sed & reliqui duo quadrantes partiendi ſunt, & illius quidem à ſolſti tio eſtiuo vſque ad Autumnale Aequinoctium diuiſio quadrat cum exortu Caniculæ; alter autem à brumali ſolſticio vſque ad Aequinoctium Veris, prope Aquarij medietatem, & Fauonij flatum diuiditur. Atque hac ratione octo erunt anni partes, prout in textu Galenus innuit. Cæterùm rectiùs feceris ſi haſcè octo anni partes ab ipſis dodecatemorijs, ſeu Zodiaci ſignis, non ab exortu ſtellarum fixarum ſumpſeris: ſtellæ.n. fixæ ſedes ſuas permutant reſpectu punctorum Aequinoctialium: & licet priſcorum ſæculo cum hac octògena anni diuiſione propè conuenirent, hac tamen ætate admodum inæquales redderent has anni partes: Nam pars illa anni, quæ ab Aequinoctio Veris vſque ad exortum Pleiadum antiquitùs complectebatur propemodũ dies 44. hoc ſæculo diebus penè 28. aucta eſt, & conficit ferè dies 72. Verùm vt dicta pars anni accreuit, ſic pars Aeſtatis ab exortu Pleiadum vſq; ad ſolſtitium Aeſtiuum totidem penè diebus 28. deſtituitur. Sicque etiam reliquæ partes anni inæquales factæ ſunt reſpectu exortus memoratarum ſtellarum. Tutius eſt itaq; partiri annum reſpectu tranſitus Solis per duodecim ſigna Primi Mobilis, quibus deinde comparandi ſunt exortus & occaſus illuſtrium ſtellarum fixarum, vt qualitates ipſarum anni partium cognoſcamus.

Itaque vniuerſas particulares morborum mutationes vel tanquã ad proprium ipſorum principium, vel tanquam ad ambientis nos aeris conuerſionem euenire neceſſe eſt. Quæ igitur ceu ex proprio ipſorum principio fiunt, Lunam ſequuntur; quæ verò ab aeris nobis circumflui conuerſione, in toto quidem anno Solem, in ſingulis autem menſibus Lunam.

Diſtinguit mutationes particulares, quæ in morbis eueniũt, dicitq; eas accidere vel reſpectu initij ægritudinis, prout Luna ad quadratos, ſeu ad diametram ſtationem peruenerit: vel quidem euenire à mutatione temporis, vt ſi quis ex ingreſſu vel Veris, vel Autumni vel alterius ſtationis ęgrotare incipit: Atque hæ quidem ægritudines quatenus diuturnæ ſunt, à Sole regulantur per totum annum: ſed in ſingulis menſibus ad Lunæ motum reſpiciunt.

Hic iam accidit mutationes validiſsimas eſſe, quæ videlicet cuique per ſeptenos dies propriè contingunt, quamuis etiam ipſis quodammodo commiſceantur, quas aer excitat. Quare merito inde, quod ſemper eodem modo accidant, in id, vt in pluribus morbis

fiant,

ſiant, decidunt. Adhuc autem magis ipſarum ordinem perturbat acceſſionum violentia, criſes prærumpere compellens, vt in ſermonis proceſſu dicemus. Ad hæc variùs in ægrotos admiſſus error tum ab ipſis Medicis, ſi Medici appellandi ſunt, non artis corruptores, qui hoc ſæculo permulti ſunt: tum nihilo minus ex ijs, qui laborantes peccarit: quin & propter miniſterium quandoque, & propter aliquid eorum, quæ extrinſecus accidunt, vti prius diximus. Igitur ſeptimanarum circuituum virtutem mirari conuenit, ſi tot cauſſis eos interrumpentibus, multo tamen alijs fortiores inueniuntur. In acutis quidem morbis coincidentes decretorij plures ſunt; quoniam & corpus mutationi accommodum eſt, in motu & perturbatione vehementi conſtitutum; in longioribus, vita & ordine magis ſeptimanarum circuitus procedit.

Contextus hic Galeni nulla Aſtrologica dilucidatione indiget, ideoque ab eius expoſitione, quæ Medicorum eſt, data opera ſuperſedebimus, vt & in pleriſque ſequentibus. Iam tum enim à principio nobis propoſuimus ea tantum in hoc Galeni libro exponere, quę ad Aſtrologiam pertinent, ne in alienam meſſem demiſiſſe falcem videremur.

Primum diem inter iudicatorios non enumerari, & quæ cauſſa dierum coincidentium.

Caput VIII.

QVAPROPTER ab acutis denuò incipiamus omnium conſequenter decernentium dierum cauſſas inueſtigantes. Iam quidē in primo febres diarias ſolui contingit, non tamen iam cum certamine & perturbatione effatu digna, quanquam nonnulli Hippocratē quoque dies decretorios in epidemicor. primo enumerantem, & primi meminiſſe putant, duplici nomine errantes. Circuitus enim primus, & non dies primus manifeſtè ſcriptus eſt in parium, impariumque dierum catalogo. Quemadmodum igitur in parium enumeratione primum circuitum præfatus quartum diem inducit: ita in mentione imparium, tertium. Adhuc verò magis ignorāt, quod à fronte operis prognoſtici deſcriptum reliquerit de facie emortua.

Quod ſi ob huiuſmodi cauſſas hæc faciei ſpecies orta eſt, vna die nõ &ctilde;teque iudicatur, non intelligentes loco verbi, probatur & cognoſcitur, dictum eſſe. Hos igitur miſſos faciamus. Principium autem dierum, qui cum agitatione quadam acutè morbos mutant, tertium à principio ſtatuere oportet, veluti priùs etiam dictum eſt: qui nullam iam cum prima ſeptimana communionem habet; ſed ex coincidentibus exiſtit. Siquidem quaternio, quod ſeptimana in duas partes ſecta abſoluitur, ideoque permagnam facultatem obtinet, in priore ſermone dictus eſt. Tertius verò & quintus, licet alia nulla ratione, quàm quod iudicia cum acceſſionibus fiunt, coincidant, non minus quarto die decernunt: quoniam hoc ipſum & ab experientia teſtimonium habet, & ratione contemplantibus non obſcura eius cauſſa eſt.

Nam perturbationis violentia naturam ea, quæ moleſtant, etiã ante tempus propulſare compellit, quippe virtus ipſa eſt alienorum expultrix, quemadmodum in opere de naturalibus facultatib. antea demonſtratum eſt. Tempus autem actionis poſt finem alteratoriæ facultatis eſt, tunc enim functionem obire omnibus ſecundũ naturam abſolutis, oſtendebatur, cùm illa ab actione deſtiterit. Verùm ante perfectam coctionem interim, quæ offendunt, amoliri cogitur, vt interdum concoctione iam abſoluta, moratur adhuc, & lentè propter imbecillitatem munus ſubit. Vtrumque autem in ventriculo clarè licet contemplari: inſtigatus enim concoctionis tempus non exſpectat, ſed protinus etiam idoneum cum eo, quod moleſtat, excernit; & vbi iam ſatis concoxerit, interdum lentè ac cũctanter ſuperfluũ, imbecillitatis vitio expellit. At, cũ naturali habitu fruitur, perfectæ concoctionis tempus, ipſius recrementorum expulſionis terminus eſt, quem neque præuertit, neque præſentem adhuc moratur. Cęterùm vt in ventriculo, ſic in ſingulis totius corporis partibus alienorum expultrix facultas eſſe oſtendebatur, quæ meo ſanè iudicio & criſim in morbis efficit: atque propterea optimæ fiunt criſes, cùm iam omnia in animantis corpore concocta fuerint. Præuenire aut criſim, quod Hippocrates προεκρήγνυσθαι, quaſi dicas prærumpere appellare conſueuit, malum eſt: nam idonea ſimul cum ijs, quæ lædunt, excernuntur: fitque hoc natura incitata vel ab exteriore quodam, vel ab ijs quæ in ipſo corpore detinentur. Extrinſecus

cus igitur eſt Medicus, qui parum rectè quippiam fecerit, æger, famuli, atque alia, quæ propriè exteriora nominantur; in ipſo autem corpore ſunt morbi ipſi, eorumque cauſſæ & acceſſiones. Conſidera iam mihi tale quid in natura accidiſſe, quod hominibus infirmis contigit, qui à fortioribus quibuſdam intempeſtiuè ad congreſſum irritati, imparati, pugnando ſuperantur. Quinetiam onus deponere quis volens, interim vel inuitus cum eo concidit. Item vehementius quis currens, deinde ſeipſum retinere nequiens, inuitus in conuallem delatus eſt. Omnia hæc exempla ſunt malorum iudiciorum, de quibus in opere de criſibus copioſiùs dicturi ſumus. Sed nunc quoque neceſſarium dicetur, cùm inſtituerim, quidnam verbo προεκρήγνυσθαι Hippocrates ſibi velit interpretari. Etenim fieri non poteſt, vt qui de diebus decretorijs quippiam referre aggreſſus ſit, nihil de criſi etiam dicat, vel qui de criſi doceat, non etiam de diebus decretorijs verba faciat. Verùm ſermo ad propoſitam inſtitutionem ſemper reuocandus eſt, & tantam adhærentium mentionem facere oportet, quanta neceſſaria eſſe videtur. Vnum iam ex illis quæ naturam ſtimulant, & veluti prouocant, acceſſio eſt, nullam quietem, nec moram concedens, verùm incitans, mouenſque, & veluti dixeris, pugnam indicens. Vnde acutorum morborum in diebus imparibus iudicium contingit, in his enim & acceſſiones ſunt. Quæ igitur cauſſa ſit, ob quam in acutis morbis tertio quoque die plurimum acceſſiones fiant, in longis autem vel quotidie, vel quarto quoque die non promptum eſt inuenire, nec in præſentia diſquirere neceſſarium. Quod verò ſic eueniunt, oculis vſurpare licet (& ad præſentia rationem ex principio habet) ſi enim ponamus, vt etiā apparet, ſecunda ab initio acceſſio, ad tertium diem delabetur, tertia ad quintum, quarta ad ſeptimum, quinta ad nonum: omnes autem in impares incidunt. Cùm ergo natura non conuenienti ſemper tempore de morbis decernat, ſed cōcitata plerumque alias ab alijs cauſſis, à quibus acceſſio in morbis acutis maximè continua redditur (oſtenſa verò eſt in impares incidere) in imparibus acutorum morborum plurima iudicia fieri ratio eſt. Non quod dies ipſi primariam decernendi virtutem non habeant (ſemper enim huic animum adhibere oportet) ſed quia per accidens aliquod ſic eueniat. Prædixi autem, opinor, manifeſto iam hoc accidens: ſiquidem ratio-

ne

ne, qua morborum iudicia frequentiſſimè in acceſſionibus accidũt, hæ autem in dies impares incidunt, eadem in morbis acutis imparibus diebus criſes contingunt. At ſi dierum numerus ipſe decernendi facultatem haberet; non frequenter diebus imparibus, rarò paribus, verùm perpetuò imparibus, nunquam paribus, de acutis morbis iudicium fieri oporteret. Neque enim ſeptimi vel quarti numerus, criſis author eſt: ſed quod Luna innouante & immutante terrena, motuum quoque circuitus ad hos principes numeros venire contingat, meritò in ipſis tanquam ſtata alterationum tempora inueniuntur. Quippe non a numeris, ſed à Luna mutationes terrenis adueniunt: at cum in motu mutans conſiſtat, tempus mutationibus neceſſariò coniunctum eſt, quare etiam numerus neceſſariò. Non igitur, quòd omnis par numerus fœminam, impar maſculum referat, acutorum iudicia imparibus diebus accidunt: neque.n. impar abſolutè pari fortior eſt, neque ſi fortior, iam fœmininus imbecillior: neque, ſi fœmininus quidem hic, maſculus autem alter ſit, acutos morbos in maſculis numeris iudicari, diuturnos in fœmininis, rationi conſentaneum eſt. Omnia enim quæ de numerorũ virtute nugantur, tam facilè abſurda eſſe deprehendimus, vt mihi ſubinde mirari ſubeat Pytagoram illum tam ſapientem virum numeris tantum tribuiſſe. Atque nunc aduerſus ipſos etiam nobis nugari nõ vacat: nam ſatis eſt ad rem inſtitutam terrena Lunam alterare, & in ſeptimanis potiſſimum magnas parere mutationes, poſt in quaternionibus exiguas, ad hæc criſim acceſſione plurimum indigere; item acceſſiones tertio quoque die in morbis acutis euenire; his etenim ſubiectis acutos morbos in imparibus diebus magis ad iudiciũ tendere neceſſitas erit. Huius rei gratia tertius & quintus meritò decernunt, non ex lunari circuitu decernendi potentiam ſortiti, ſed vel quod ob violentiam acceſſionis tertius criſim quarto die futuram præuertat: vel &, per Iouem, quod natura, dum quarto die laſſa nec incitata cõquieſcit, quinto ad iudicium commoueatur; nam hic vero decretorio tardiùs venire, tertius paulò magis anticipare conſpicitur: atque ambo criſim obtinuiſſe, quod vicini ambo verè decretorio, acceſſiones ſuſceperint. Iam verò & nonus inter duos decretorios ſeptimum & vndecimum, medius vel non factum in ſeptimo die iudicium, vel vndecimo futurum ipſe ſibi vendicat: ra-

rius

rius quidem ſeptimi,ſæpè vndecimi criſim aſſumit. Etenim ſeptimi diei propria criſis,non ad nonum, modo pauci errores cõmiſſi ſint, vnquam peruenerit: ſed hoc in libris de criſibus declarauimus: vndecimi verò è contrario,cùm & exactè omnia geſta ſint, & violenta noni diei acceſſio inuadat. Porrò iudicia in huiuſmodi diebus propter acceſſionũ vehementias incidere clariſsimè demonſtrat, quod videlicet in diuturnis morbis non ſimiliter eueniunt. Sicut enim acceſſionum vehementia, ita dierum quoque coincidentium numerus in illis exoluitur: ſic rurſus acceſſionum vehemẽtia criſim alio, quàm ſtatu, tempore fieri compellit. Quare in omnibus ferè diebus peracutos morbos iudicari, videre licet, quoniam vltimus ipſorum dies decretorius eſt ſeptimus,& ante hunc non quartus modo, ſed etiam tertius, quintus, & ſextus aliquando decernunt. Quin & de primo, an decerneret inter Medicos, vt dicebatur, quæſitum eſt. Reliquus itaque ſecundus ordine decretorio indubiè elapſus eſt: ſit autem, ſi vis, & primus. Sed tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus omnes decernunt. Ac omnes dies poſt morbi principium in peracutis propter acceſſionum vehementiam decernere videntur. Ergo ſextus etiam,& ſi nec inter decretorios, qui circuitu conſtant, nec impari numero aſcribatur, tamen & ipſe perſæpè decernit: quoniã intra peracutorum terminum continetur. Vniuerſi autẽ tales morbi, alterum duorum habent, vel ſynochon, ideſt febrem continentẽ (ita enim appellant, quæ à prima conſtitutione eundem tenorẽ ſine menifeſta declinatione ad criſim vſque, vti diximus, ſeruat) vel febrem aliam, quæ etſi manifeſtas habeat declinationes & acceſſiones, non tamen tertio quoque die manifeſtas tantùm habet, verùm in ipſorum dierum quoque medijs, quemadmodum & ſemitertiana. Proinde prima peracutorum differentia, velut vna quædam eſt acceſſio: quamobrem nihil, quantum ad acceſſionem pertinet, impares paribus prę̨ſtabunt, cùm febris ſingulis diebus æqualis exiſtat. Secunda etſi per triduum magnas habeat acceſſiones, & veluti principia circuituum, tamen medius ipſorum dies tantam & ipſe in acutis morbis acceſſionem frequenter affert, vt etiam magnis aliorum quorundam morborum acceſſionibus nihilo ſit inferior. Cùm igitur morbus velut ad ſeptimum feſtinat, & ſecundum ipſius rationẽ in eodem iudicandus eſt: mediæ verò acceſſionis magnitudo natu-

ram ad criſim ante ſuum tempus venire compellit: vel extrinſecus aliquid euenit,ipſam irritans: ſic criſis ſexto die prærumpet. Atque hæc tanto peior eſt ea, quæ ſeptimo futura erat, quanto magis ipſam præuertit. Peſſima verò criſis ſecundum aliam rationem ſexto die accidit, quam in opere de iudicijs pleniùs enarrabimus: quippe ad illud propriè pertinet bona,malaque iudicia diſtinguere, hic tantum de diebus decretorijs diſſerere ſtatuimus. Sed quia ſemel de ſexto die vniuerſa dicere parauimus,hoc quoque adhuc ſummatim adiungemus. Inuadunt quidam morbi ſecundum diem primo grauiorem habentes,quartum tertio,& totas acceſſiones in diebus paribus,qui longorum quidem morborum naturam, queadmodum in commentarijs de criſibus oſtendemus,habent: iudicium tamen præuertunt,vt acuti,propter acceſſionis vehementiam: hi etiam ſecundo die interficiunt,& quarto,ſed ſexto plurimos. Etenim in ſecundo die natura quodammodo valida adhuc eſt,item in quarto adhuc valida magis,quàm in ſexto,ſed nondum in certamen venire audet: at in ſexto acceſſionis vehementia frequenter eam ad certationem prouocat. Quare alterum è duobus ſuſtinet,vel in ea concidit,& prius quàm,quæ offendunt,excreuerit, extinguitur; vel plurimum ex eis propulſat,reliquum verò adhuc non poteſt,verùm imbecilla, & defatigata prorſus cadit, & languida iacet. Deinde, ſi quomodo poſtero tempore recreari ac refici potuerit, paulatim morbum concoquit: quod ſi morbi reliquiæ eius robore maiores ſint, tamdiu æger ſuperuiuet, quamdiu natura adhuc ſufficere poteſt,morietur tamen poſtea. Iam verò de diebus coincidentibus abundè dictum eſt.

Cùm in præſenti capite Galenus nihil aſtrologicum adferat, ſed tantummodò cauſam dierum coincidentium medicam explicet, non eſt quod huic immoremur. Medicorum enim intereſt hæc aliunde petere,cùm noſtri inſtituti ſit illa, quæ ad Aſtrologiam in hoc Galeni libello pertinent,tantùm explicare.

Cur

Cur vigeſimus fortior vigeſimoprimo; & quod ſeptimanæ, ac cætera tempora iudicatoria integris diebus nequeant numerari. Cap. IX.

CVR autem & vigeſimus & vigeſimusprimus, multò magis vigeſimus decernat, explicabo. Primum, quoniam huiuſmodi morbus diuturnus iam eſt, ipſas acceſſiones dies pares excipiunt; deinde quod ſeptimana non integris ſeptem diebus conſtet (veluti prius expoſitum eſt) nouit hoc quoque Hippocrates; Cùm enim dixiſſet in opere prognoſtico; Hi verò ex acutiſſimis morbis per quattuor in viginti ex additione perueniunt; his ſubiungit; Verum huiuſmodi ſupputatio per integros dies nimirum fieri non poteſt, quippe cum nec annus, nec menſes ipſi integris diebus numerari poſſint. Vt igitur annus ad trecentos ſexaginta quinque dies particulam diei, maiorem quarta, adiectam habet: tum menſis ad triginta dies abſoluendos vnius dimidium deſiderat; ſic & ſeptimana ſexta maximè diei parte, vt ſeptem integros habeat, indiget. Quamobrem fit vt tres ſeptimanæ non vnum, & viginti dies integros, ſed minus ferè tota dimidia parte vnius conſequantur. Ob quod etiam numerum huiuſmodi non magis viginti, quam vni & viginti diebus vicinum, vtrique parti conuenire videas. Nam cum totus Lunaris circuitus ſeptem & viginti dieb. & adhuc tertia vnius parte abſoluatur, ideóque ſeptimana quęlibet ſeptem diebus minus ſextante conſtet, tres ſeptimanæ viginti dies, & dimidium habebunt. Quoniam igitur vigeſimus exactam periodum propinquam ſibi vendicat, tales iam morbi inueteraſcent, & acceſſiones paribus diebus accipiunt: quorum verò acceſſiones in imparibus eueniunt, horum & iudicia ad vigeſimumprimum delabuntur.

Galenus cum Hippocrate tam vigeſimum, quàm vigeſimum primũ diem, à die inuaſionis morbi, decretorium conſtituit, licet plus viriũ vigeſimo tribuat. Sed Archigenes prætulit vigeſimumprimum, & Cornelius Celſus ac Ferrerius vigeſimumprimũ potiùs experientiæ, quàm

vigeſimum reſpondere atteſtantur. Porrò Galenus duplicem adfert rationem, cur vterque dictorum dierum poſſit decernere, quarum prima medica eſt, vt patet in textu: altera verò à motu Lunari dependet, qui non conſtituit hebdomadas dierum præciſè ſeptem, ſed ſingulis hebdomadibus deficiunt horæ quattuor. Cùm enim curſus Lunaris perficiatur diebus vigintiſeptem & triente, ſeu horis 8. ſi hoc tempus per quattuor hebdomadas diuiſerimus, fiet quælibet illarum, dierum ſex & horarum 20. Quamobrem cum tres hebdomadæ complectâtur dies 20. cum dimidio, fit vt vigeſimus & vigeſimusprimus, ex mente Galeni, poſſint decernere. Verum enimverò cùm ipſe moneret hebdomadas ſecundùm medium Lunæ motum: & conuenientius ſit verum eiuſdem motum reſpicere, non obſcurum erit poſſe tam vigeſimum, quàm vigeſimumprimum, necnon & vigeſimumſecundum diem decernere. Ex omnium enim Aſtrologorum ſententia conſtat, Lunam, dum mouetur velociſſimè, peruenire ad ſuum tetragonum dextrum diei vigeſima, ſed dum mediocriter vel tardè incedit, attingere tetragonum die vigeſimaprima vel etiam ſecunda. Cæterùm non ſolùm tetragonã & diametram Lunæ configurationem decet conſiderare, ſed & cæteros Planetas omnes; tùm verò maximè illum, qui morbi author eſt: cui ſi Luna vel corpore, vel maleficis radijs poſtmodum iungetur, ſiue id decretorio, ab Hippocrate & Galeno præſcripto, ſiue alio quocunque die contigerit, tunc quidem æger malè & cum periculo vitam ſuſtentabit.

Non ſolùm autem Lunæ circuitus, ſed menſtruum etiam tempus apparitionis virtutem quandam in nos poſsidet, vti priùs docuimus: ipſe etenim ſigniferi circuitus accommodatisſimus eſt vnicuique rei proprijs principijs: menſtruale verò tempus, quo Luna conſpicitur, ambientem nos aerem immutans, omnibus ex æquo hominibus communem effectum oſtendit.

Vult Galenus Medicum obſeruare non ſolùm Lunæ curſum ſecundùm ſigniferum, quatenus. ſ. illa peruenit ad tetragonas & diametrã ſtationem, reſpectu ſuæ epochæ, quam incipiente morbo obtinebat; verumetiam habitudinem ipſius Lunæ ad Solem, omnib. ex æquo hominibus, vt rectè Galenus ait, communem; alia enim Lunę conſideratio, ab initio morbi ſcilicet, cuilibet ægroto ſolùm propria eſt. Vnde non minùs mutationem ſentiet æger, dum Luna tetragonum cum Sole vel diametrum aſpectum conſtituerit, quàm cùm eadem ad proprium ſuum quadratum, ſeu oppoſitum, reſpectu morbi inchoantis peruenerit; ſicque duo vel plures ægroti habebunt dies decretorios tũ diuerſos inter ſe, reſpectu loci radicalis Lunæ ad morbi initium, tum verò communes, quibus ſcilicet Luna cum Sole vel corpore, vel radijs

congre-

congreditur: & hiſce diebus quiſque pro ſui morbi natura alterationem ſentiet, eò quòd in configurationibus Lunæ cum Sole aer nos ambiens plerumque immutatur.

Demonſtratum eſt autem & hoc tempus viginti & ſeptem dies propemodum continere: ideoq; ſeptimana eius minor adhuc priùs dicta meritò euadet. Siue enim à triginta tres illos, qui circa coitionem ſunt dies, in quibus nihil adhuc de aere decernitur, auferre cogites: ſiue à viginti nouem & dimidio, reliquum tempus, quo Luna manifeſtum de ſe lumen præbet, priore modo ſeptem & viginti dies: altero viginti ſex & dimidium habebit.

Menſem illuminationis diebus 26. cum dimidio confici tum hic, tū quarto Capite huius libelli recenſet Galenus. Verba autem illa huius contextus [ſiue enim à triginta] perperam de Græco in Latinum ſermonem conuerſa eſſe teſtatur Federicus Bonauentura in annotationib. libelli Theophraſti de pluuiarum ſignis; & affert ipſe noſtro quidem iudicio longè meliorem conuerſionem, quæ talis eſt: [Siue enim à triginta diebus auferre volueris tres illos dies circa coitum, in quibus ambiens aer ſine iudicio eſt. &c.] Fruſtra igitur contendit ex hoc loco Planerius Galenum ſibi metipſi contradicere, prout Capite quinto retulimus, diluit enim, ac ſcrupulum omnem locus hic ſubmouet potiùs, quàm augeat, vt optimè Bonauentura cenſuit.

Quoniam ergo mutationes corporibus noſtris accidere diximus quaſdam proprias, quaſdam communes: proprias, quæ tanquam ad propria principia ſpectent: communes, quæ ad communem ambientis vſum: ad eundem modum vtroſque Lunæ circuitus fieri contingit, & communes proprijs paulò breuiores eſſe. Atque ſic iam ex ſeptimanæ numero quippiam auferetur. Nam ſi propriæ communis admiſceatur, ſitque paulò diuturnior, ita quoque ſeptimanā imminui, & veluti in medio quodam proprię & communis conſiſtere, neceſſe eſt. Voco autem propriam, quæ ex ſigniferi circuitu proficiſcitur, nam is cuique noſtrum virtutem affert: cōmunem, ex menſtruo tempore ortam, quam ſupra recenſui nequaquam ſeptem & viginti dierum eſſe. Nam ſi à menſtrui tempore exacto, quod ad triginta dies integros vnius dimidium maximè requirere dicebatur, tres, qui circa coitum ſunt, dies ademeris; reliqui videlicet viginti ſeptem minus diei dimidio erunt. Itaque hoc tempus non menſtruale totum in ſeptimanas diuiditur. Quare cōmune tempus ſe-

ptimanæ,

ptimanæ, quod aerē immutat, minus erit eo, quod ſingulis eſt proprium: quanquam & hoc virtutem habere dicebatur, ideoque nonnihil ex alterius ſeptimanæ tēpore confringere: vt medium vtriuſque, quod velut miſtum ex eis, plus ſexta parte ſeptimanæ demat. Ac exactam quidem, vel miſturam, vel ablationem Deus tantùm nouit: quantum verò humana coniectura indipiſci licet, præſtet circuitum earum communem, medium inter vtraſque collocari.

Galenus, non contentus acceptione ſeptimanarum à motu Lunæ per Zodiacum dependentium, à quo propriæ noſtrorum corporū mutationes dependent, nec etiam acceptione ſeptimanarum, quæ à menſe illuminationis colliguntur, à quo mutationes omnibus hominibus communes proueniunt, effinxit menſem alium medicinalem ex duorum illorum menſium mixtione: idque eo conſilio fecit, quod videret neutram dictarum hebdomadarum cum morborum temporibus ſatis probè conuenire: quæ enim à motu Lunæ per Zodiacum dependet, plus iuſto excreſcit, & quæ ab illuminatione, deficit. Menſis itaq; medicinalis medius eſt inter vtrumque, & dies 26. ac horas 22. continet, ſicque ex mente Galeni dies decimusſeptimus, vigeſimus, & vigeſimusquartus inter decretorios maximè numerantur; decimusoctauus verò, & vigeſimus primus ac ſecundus poſtponuntur.

Cùm ergo apparitionis manifeſtæ & efficacis tempus ſit dies vigeſimus ſextus & dimidius: ſigniferi verò circuitus explcant viginti ſeptem dies cum tertia vnius parte, liquet medium ipſorum fore vigeſimumſextum diem, ad hæc dimidium, & tertiam maximè ac duodecimam vnius diei partem. Siquidem vbi vtroque tempore coniuncto dimidium acceperis, medium ipſum inuenies.

Exemplum huius Galeni contextus tale eſt

Dies	Horæ	
27	8	Circuitus Lunę per ſigniferum
26	12	Menſis apparitionis
53	20	Summa vtriuſque
26	22	Dimidium ſeu menſis medicinalis Galeni.

Dimidium igitur aggregati, quod ex additione vtriuſque menſis, tum circuitus Lunæ, tum menſis illuminationis prouenit, complectitur dies 26. & horas 22. eſtque id, quod Galenus ait, dictum dimidiū, ſeu menſem medicinalem continere dies 26. & dimidiam, ac tertiam necnon duodecimam vnius diei partem. Nam dimidium diei eſt horarum

rarum 12. tertia eiuſdem pars horarum octo, ac duodecima denique pars horarum 2. quæ omnia ſimul iuncta conſtituunt horas 22.

At hoc tempus medium à viginti ſeptem diebus duodecima maximè vnius diei parte deficit: quia ſi in quattuor ipſum diuidas, exactum ſeptimanæ tempus offendens, non ſexta modo vnius diei parte, ſed etiam maiore indigens.

Menſis hic medicinalis Galeni deficit à diebus viginti ſeptem, duodecima vnius diei parte, ideſt horis duabus. Quem menſem ſi in quattuor partes diuiſeris, tempus vnius ſeptimæ colliges, quod à ſeptē diebus plus ſexta parte vnius diei, ideſt plus horis quattuor, deficit, vt paulò infra patebit.

Sumatur enim ex viginti ſex diebus & dimidio, & ex vnius diei tertia & duodecima parte, pars quarta, erit ſanè tempus dierum ſex, & dimidij & quintæ partis, & particularum minorum inſuper adiectarum, quæ ſunt ſexageſima prima, deinde centeſima vigeſima, ducēteſima quadrageſima. Idem tempus & hoc dici poſſit dierum ſex, & dimidij, & ſextæ partis diei, & vigeſimæ quartæ & quadrageſimæ octauæ.

Definit adhuc Galenus eandem ſeptimanam medicinalem alijs fractionibus, aitque illā eſſe dierum ſex, & dimidij, & quintæ partis, adiectis inſuper particulis, ſexageſima, centeſima, vigeſima, & ducenteſima quadrageſima. Miror autem Galenum tanta verborum prolixitate in re parui momenti abuti, pôterat enim laconicè eandem ſeptimanā definire eſſe dierum ſex, horarum 17. & dimidiæ; cū quo numero tot ſuperuacaneæ fractiones exactè coincidunt. Nam media pars diei eſt horarum 12, quinta eiuſdem pars eſt horarum quattuor, ac minutorum 48. (diuiditur enim omnis hora Aſtrologicè in ſexaginta minuta vt vulgò notum eſt) ſexageſima verò diei pars minuta 24. cōtinet: centeſima & vigeſima 12. ducenteſima denique & quadrageſima ſex. Quę omnia in vnam ſummam reducta conſtituunt horas 17. & dimidiam horæ partem, vt hic vides.

	H.	M.
Dimidia pars diei, hoc eſt horæ	12	0
Quinta pars diei, ſeu horæ	4	48
Sexageſima pars diei, ſiue	0	24
Centeſima & vigeſima pars diei ſeu	0	12
Ducenteſima & quadrageſima diei pars	0	6
Summa omnium	17	30

Abeſt

Abeſt autem huiuſmodi tempus à ſeptem diebus vnius diei quadrante, &c, ſi exactè computes ſexageſima parte, centeſima vigeſima, & ducenteſima quadrageſima.

Id eſt ad complendam diem ſeptimam in hebdomada medicinali deſunt horæ ſex cum dimidia, vt facillimè patet, ſi ſubducantur horæ 17 minuta 30 ab horis 24. Cæterùm horæ ſex cum dimidia non efficiunt ſexageſima diei partem, & centeſimam vigeſimam, ac ducenteſimamquadrageſimam; &, vt benè Manardus admonet, delendum eſt in Græco codice ρκ, in latino centeſimam vigeſimam. Continet enim ſexageſima pars diei minuta horæ 24, & ducenteſima quadrageſima minuta ſex; quæ aggregata faciunt minuta 30 ſeu dimidiam horæ partem.

Quæ cùm ita ſe habeant tres ſeptimanæ viginti diebus, & ſexta vnius diei parte comprehendentur. Proinde ſi hunc in modum exactè rationem ineamus, trium ſeptimanarum numerus paululũ viginti dies excedet; atque his multò magis, quàm viginti & vni erit proprius. Iam ſanè oſtendi ſecundum rerum veritatem, & Hippocratis ſententiam, nullam horum ſupputationem per dies integros fieri poſſe, hoc eſt abſolutè citraque facturam, neque ſeptimanam, neque quaternionem, neque menſem, neque annum, neque alium quemuis numerum.

Cùm Galenus faciat hebdomadam medicinalem dierum ſex, ac horarum 17 cum dimidia, erit ſpatium duarum hebdomadarum dierum 13 & horarum 11: atque tres hebdomadæ conſtituent dies 20, horas 4 cum dimidia. Perperam igitur in textu Galeni dicitur tres ſeptimanas continere dies 20 & ſextam vnius diei partem; quibus ſi addideris quadrageſimam octauam, errorem ſuſtuleris.

Omnis autem Galeni diſputatio de menſe hoc medicinali ideò inſtituta eſt, vt vigeſimum potiùs diem, quàm vigeſimumprimum inter decretorios numerandum eſſe oſtenderet; ex quo ſequitur decimumſeptimum, qui huius indicatiuus eſt, non autem decimumoctauum, qui vigeſimiprimi index eſt, coroborari. Dies autem medicinalis Galeni eſt horarum tantummodo 23, & minutorum 4 ferè, ſiue horarum 23 cum decimaquinta horæ parte; atque integra menſis medicinalis ſeries talis eſt.

	D.	H.	M.		D.	H.	M.
Prima hebdomada.	0.	23.	4	Tertia hebdomada.	14.	10.	4
	1.	22.	8		15.	9.	8
	2.	21.	13		16.	8.	13
	3.	20.	17		17.	7.	17
	4.	19.	21		18.	6.	21
	5.	18.	26		19.	5.	26
	6.	17.	30		20.	4.	30
Secundahebdomada	7.	16.	34	Quarta hebdomada	21.	3.	34
	8.	15.	39		22.	2.	39
	9.	14.	43		23.	1.	43
	10.	13.	47		24.	0.	47
	11.	12.	51		24.	23.	51
	12.	11.	56		25.	22.	56
	13.	11.	0		26.	22.	0

Porrò hunc menſem Galeni non ſolũ Petrus Aponenſis, Manardus, Cæſar Optatus,& omnis ferè Medicorum ſchola, ſed & ipſi Aſtrologi tanquam commentitium, portentoſum,& ab omni veritate alienum reijciunt ac contemnunt: quorum omnium rationes in medium adferre non eſt huius loci, ne actum agere videamur. Satis eſt monuiſſe dies decretorios à vero Lunæ motu deſumendos eſſe, vt vt illi nõnunquam ab Hippocratis & Galeni diebus decretorijs paululum diuerſi ſint ac diſſentiant. Sunt autem illi dies decretorij 7. 14. & 20 ac nõnunquam 21, deinde 27 vel 28;& indicatiui horum ſeu iudiciarij ſunt 4. 11. 17 vel 18. & 24 vel 25. ita vt quartus indicatiuus ſit ſeptimi, vndecimus decimiquarti, decimusſeptimus vigeſimi, vel, vt alij volunt, decimuſoctauus vigeſimiprimi, vigeſimuſquartus vel vigeſimuſquintus vigeſimiſeptimi, vel vigeſimioctaui; atque hi quidem dies iudiciarij dicuntur decretorij minores. Cæterùm primus dies decretorius ex Lunę peragratione ad primam quadraturam colligitur, eſtque dies ſeptimus vel octauus, eiuſq; indicatiuus eſt quartus, quòd illo temporis ſpatio Luna perueniat ad medietatem ſui tetragoni, ſeu ad gradus 45; tunc enim indicat, quæ futura ſit criſis die ſequente decretorio, quando ſcilicet quadratũ ſuum, reſpectu loci, quem in primo ægritudinis aggreſſu obtinebat, attingit. Alter autẽ dies decretorius principalis erit dies decimuſquartus vel decimuſquintus, quo Luna, pro velocitate vel tarditate ſui motus, perueniens diametrũ occupat illius loci, quẽ primo morbi die obtinuerat; eſtq; huius diei decretorij index dies vndecimus vel duodecimus, dũ.ſ. Luna medium tenet ſpatiũ inter primam qua-

draturam & oppoſitionē. Porrò tertius dies decretorius erit ille, quo Luna ad ſecundam quadraturam acceſſerit, eſtque is vel vigeſimus, vel vigeſimus primus, necnon etiam vigeſimus ſecundus. Indicatiuus autem huius decretorij erit ille, quo Luna medium interuallum inter diametram & alteram quadratam configurationem obtinuerit. Poſtremò verò, quo die Luna ad ſuam epocham, ſeu principium reuerſa fuerit, & hic erit decretorius, cui index erit ille, quo eadem in medio ſpatio inter vltimum quadratum, & locum radicalem collocatur. Sunt itaq; in vniuerſum octo anguli totius lunaris curſus obſeruandi, quorum ſinguli diſtant ab inuicem gradibus 45. Horum autem angulorum quattuor continent duas quadraturas, & oppoſitum loci Lunæ radicis, in quo radicali loco Luna primum angulum efformat: atque hi anguli per ſeptenos ferè dies proficiſcuntur: reliqui autem quattuor anguli in medietatibus ſingulorum quadratorum figurantur. Cęterum hanc criticorum, ſeu decretoriorum, nec nō & indicatiuorum dierum rationem elicit Cardanus, & poſt illum Naiboda, ex Capite 12 ſeu contextu 63 Secundi Libri Quadripartiti, ſeu de Aſtrorum iudicijs Claudij Ptolemæi, qui locus ex Naibodæ verſione talis eſt.

" Tertia ratio eſt qua adhuc ſubtiliores indicationes intenſionum re-
" miſſionumque obſeruantur. Contemplamur autem hanc partem tum
" per Solis Lunæque particulares non ſolum interlunij & plenilunij; ſed
" his quoque interiectas, hoc eſt quadratas cōfigurationes; vbi animad
" uertendum eſt, vt plurimum depromere ſeſe harum ſignificationū mu
" tationes ante tres aut etiam poſt tres nonnunquam dies itineris erga
" ſolem ad æquilibrium exæquati.

Quibus verbis ex ſupradictorum opinione voluit Ptolemæus indicare in examinando aeris ſtatu, & partibus menſium perpēdendis obſeruandas eſſe non ſolùm quadratas Lunæ ad Solem radiationes, verumetiam coniunctioni, oppoſitioni, & quadraturis interiectas medietates, vt quæ nobis indicare ſoleant eas aeris mutationes, quas Luna factura eſt, vbi adepta fuerit inde proximè ſequentem tetragonum vel oppoſitionem, vt fuſius apud Naibodam declaratur. Cardanus autem, dum hunc locum commentatur, ait obſeruādum eſſe Lunæ locum ad illud temporis momentum, quo quis ægrotare incipit, moxque determinandos eſſe octo illos angulos per continuam 45 graduum additionem ad dictum Lunæ locum; cum quibus angulis vbi planetarum aſpectus comparaueris, iam tibi conſtabit de ſalute vel morte ægri, de longitudine ſeu breuitate morbi, necnon de eiuſdem prauitate ac lenitate. Iam verò vt etiam rudioribus in hac arte ſatisfiat, explicandam duximus Galeni, & probatiſſimorum Medicorum opinionem ac ſententiam de die ſeptimo, an ſcilicet ille incluſiuè à die inuaſionis morbi, an excluſiuè numerandus ſit. Vt ſi quiſpiam ægrotare

tare cœperit die primo alicuius menſis hora meridiei, in controuerſia eſt, ſitnè aſſumendus dies ipſe ſeptimus menſis currens, an potiùs dies ſeptem abſoluti, hoc eſt dies ſeptimus completus à morbi initio, vt ſcilicet criſis futura ſit tranſacto die ſeptimo adunguem ab hora inuaſionis morbi. Ait Galenus mutationes in morbis fieri per ſeptimanas. Qua ſententia omne tollit dubium, ac expreſsè docet, ſeptem dies integros ab initio morbi numerandos eſſe, & criſim circa ſeptimanæ vnius exitum & alterius principium, non autem ſub diei ſeptimi principium ſubſequuturam. Id quod clariſſimè demonſtratur ex diei decimiquarti aſſumptione, qui duplum temporis ſpatium, reſpectu diei ſeptimi, debet comprehendere, duas ſcilicet hebdomadas integras. Verùm ſi ſeptimum diem currentem, initio ab ipſo inuaſionis die facto aſſumeremus, decimumquartum eodem modo ſupputantes, tunc quidem inæqualia forent dicta ſpatia, ac in primo ſex dies tantùm, in ſecundo ſeptem numerarentur. Verus itaque terminus futuræ criſis erit in exitu ſeptem dierum à morbi inuaſione. Criſes autem non fiunt in inſtanti, ſed in ſenſibili aliquo temporis ſpatio, ideoque rationi conſentaneum eſt poſſe eaſdē nonnunquam horis aliquot ante ſeptem dierum completorum terminum inchoari, & in diem octauum produci, idque pro varia ipſius materiei affectione. Qua ratione & ſeptimus dies currens pro decretorio aſſumi poteſt, licet non ſeptimi initium. Adfert de ſeptimo die completo exemplum Cardanus Libro ſecundo Commentariorum in Apoteleſmata Ptolemæi textu 63; vbi ait Antonium de Campionibus ægrotaſſe primum die 10 Maij hora octaua P. M. anni 1553, deinde eundem in ſeptima, cùm nondum Luna perueniſſet ad nonageſimum gradum diſtantiæ, ob motus tarditatem, ſed ad Leonis initium, deterrimè ſe habuiſſe. Erat autem ſub morbi initium Luna in grad. 10 ♉, ac die decimaſeptima ad eandē horā octauam poſt Meridiem, obtinebat grad. 3 1'2 ♌. Verùm ſi Galeni hebdomadam ſequemur, quā dierum 6 horarum 17. 3'0 eſſe vult, fuiſſet tunc Luna in grad. 29 5'8 ♋ prope Leonis principium; idque die eadem decimaſeptima, hora vna & dimidia poſt mer. Porrò & in ſequenti Cardani exemplo idem confirmatur, de aſſumendo ſcilicet die ſeptimo completo. Ait enim quendam ægrotaſſe die 23 Martij, hora 3 poſt Meridiem, & eundem die ſeptima longè deteriore vſum valetudine, quod tunc Luna eſſet cum cauda, & vacua ab aſpectu Iouis ad diametrum Veneris tenderet, idque die menſis trigeſima, elapſis ſcilicet ſeptem diebus à die inuaſionis morbi. Sed & Federicus Chriſogonus idem apertè confirmat, qui capite nono de prognoſticis ægritudinum per dies criticos, dum de menſe peragrationis verba facit dierum 29, ait. In quo quidem menſe apparent omnes periodi febris tertianæ, & quartanæ, & dies

critici omnes maximè in ſeptima,& decimaquarta completis diebus, qui maximè obſeruandi ſunt. Cæterùm vt dubium omne de diebus hiſce criticis ſi quod adhuc latet, ex animis omnium auferatur dabimus nos exemplum huiuſmodi.

Sit morbi alicuius initium die prima Ianuarij anni 1606. ipſo meridiei momento, quo Luna poſſidet grad. 1. 5′. ♎ Iam hunc locum pro primo angulo aſſumemus, ac reliquos ita (temporis etiam momenta, quibus Luna illos angulos ingreditur obſeruantes) determinabimus.

Angul.	Locus ☽ S.	G.	M.	Tẽp. P.M.			
1	♎	1	5	1	0	0	Radix ſeu locus Lunæ ad initium
2	♏	16	5	4	4	20	Semitetragonus 1. ſiniſt. Indicatiuus 1.
3	♑	1	5	7	5	5	Tetragonus ſiniſter. Decretorius 1.
4	♒	16	5	10	7	27	Semitetragonus ſcd'sſini. Indicatiuus 2.
5	♈	1	5	13	15	10	Diameter ſeu oppoſitus. Decretorius 2.
6	♉	16	5	17	5	18	Semitetragonus 1. dext. Indicatiuus 3.
7	♋	1	5	20	23	40	Tetragonus dexter. Decretorius 3.
8	♌	16	5	24	17	34	Semitetragonus 2. dex. Indicatiuus 4.
	♎	1	5	28	6	10	Reditus ad Epocham. Decretorius 4.

Contingit itaque primus indicatiuus, die quarta menſis hora 4. 20′. Poſt Merid. hoc eſt ab inchoato morbo die quarta; & primus dies decretorius incidit in diem ſeptimum menſis ac horas 5. minuti 5. poſt Meridiem, ideſt in diem ſeptimam currentem ab initio morbi, non tranſactam. Secundus indicatiuus accidit die decima labente, & decretorius ſecundus die decimatertia nondum abſoluta. Tertius dies indicatiuus incipit poſt inchoatam decimamſeptimam à morbi initio, & tertius decretorius prope finem vigeſimi diei currentis.

Poſtremò tandem quartus indicatiuus accidit die vigeſimaquarta labente ab initio ægritudinis, & quartus dies decretorius, qui eſt reditus Lunæ ad ſuum initium, contingit die vigeſimaoctaua currente, ideſt poſt completos dies vigintiſeptem, horas ſex, ac ſextam horę partem à primo ægritudinis puncto. Sequimur autem dies naturales, horarum ſcilicet 24. Vnde luce meridiana clarius eſt, hos ipſos dies parum à Galeni & Hippocratis dierum enumeratione differre, quicquid enim differentiæ eſt, id in ſecundo die tum indicatiuo, tum decretorio accidit, qui ſecundum verum Lunę curſum die decima & decimatertia,

cimaterția,&ex illorum opinione die vndecima & decimaquarta eueniunt. Iam verò dies hoſcè criticos Aſtronomicos cum Galeni doctrina conuenire, vel ex quinto Capite Libri huius fit conſpicuum, dum quattuor præcipuos diei decretorios hiſce verbis confirmat: [Nam ſi Luna in Tauro exiſtente ſemen concipiatur, vel partus, vel omninò alterius cuiuſdam principium contigerit (puta ægritudinis) magnas eius mutationes faciet, quando ſigniferum percurrens in Leone &c.] Nihil autem mirum eſt, Galenum non aſtringere Medicos, vt ſecundum verum Lunę curſum quadratas Lunæ ac diametram ſtationem inquirant, id enim grauiſſimi erat oneris illis maximè temporibus, quibus nullæ celeſtium motuum extabant Ephemerides, è quibus vera Lunæ ac reliquorum Planetarum loca poſſent excerpere: id quod noſtra ætate facillimum eſt ob Ephemeridum copiam, quæ niſi ſuppeteret, paucos repereris, qui ad deligenda è Tabulis Aſtronomicis vera Planetarum loca ſufficerent. Quamobrem & Galenus, dies criticos ſecundum medium Lunæ motum definiuit, eadem ratione, qua vulgus & imperitiores nonnulli ab epactis proximi nouilunij diem perſæpe (licet non rarò aberrent) ſolent definire: quos Medicorum nonnulli Aſtrologiæ ignari imitati, dies criticos vel maturiores vel tardiores incertis rationibus aſcribunt, nunc copiam materiæ peccantis, nunc errorem ægro, vel famulorum ęgroto ſeruientium incuſantes: qui ſi Aſtrologiæ principia primis labris attigiſſent, proculdubio tarditatem illam ſeu velocitatem, ad tardiorem vel maturiorem Lunæ decurſum referrent.

Cæterùm non eſt prætermittendum eſſe permultos Aſtrologos, qui non contenti figura octangulari, aliam ſexdecim angulorum ad initium morbi conſtituunt, permoti auctoritate Auctoris cētiloquij, qui aphoriſmo 60. ita ſcriptum reliquit: Super ægrotis criticos dies inſpi- ,, ce, ac Lunæ peragrationem in angulis figuræ ſexdecim; vbi enim ,, eos angulos bene affectos inueneris, bene erit languenti, contra ma- ,, lè ſi afflictos inueneris. Supputato itaque Lunæ loco ad ægritudinis ,, initium, addunt eidem decies ſexies grad. 22. cum dimidio, & ſic angulos ſexdecim conſtituunt, in quibus ſanè octo illi, quos ſupra memorauimus, continentur. Sed hæc ſexdecagona Zodiaci partitio, quāuis à nonnullis grauiſſimis viris, vt à Pontano, Lucio Bellantio, Trapezuntio, Nipho Ferrerio, alijſque recipiatur, Federicus tamen Chriſogonus contra eandem Capite ſeptimo libelli de Prognoſticis ęgritudinum diſertiſſimè diſputat; ac Thomas Boderius in libello ſuo de ratione dierum criticorū eandem refellit, aitq; ſe, licet frequentiſſimè horū ſexdecim angulorum vires pertentauerit, nunquam tñ illos virtutem decernendi habere inueniſſe. Sed neq; ſemitetragonæ radiationes Federico Chriſogono probantur, quarum vice, vnà cū Boderio hexa-

De figura 16 angulorum [illegible]

hexagonos & trigonos Lunæ radios magni æſtimat. Lucas Gauricus autem longè diuerſam à reliquis omnibus opinionem de ſexdecagona hac figura recenſet, & aphoriſmum ſupradictum multò aliter explicat, & ſexdecim illos angulos ita tuetur. Primum conſtituit eſſe locum illum ſigniferi, in quo Luna hora decubitus inuenitur; Secundũ, quando Luna ad proprium quadratum peruenerit; tertium quando oppoſitum, quartum quando alterum tetragonum obtinuerit, eruntque nunc quattuor anguli efformati: totidem deinde recenſet, quando Luna ad Solis coniunctionem, quadratum ſiniſtrum, diametrum, ac tetragonum dextrum acceſſerit, & hac ratione octo angulos ſtabiliuit: reliquos autem octo efformat, cùm Luna ad ſynodicos congreſſus, & ſingulos maleficarum ſtellarum Saturni ſcilicet ac Martis hoſtiles radios peruenerit. Atque hæc Gaurici ſententia, licet à mente auctoris centiloquij fortaſsè ſit aliena, non eſt tamen aſpernanda; neque enim ſolùm cum Galeni, ſed etiam cum omnium ferè Aſtrologorum dogmatibus conſentit. Et licet prædicti auctores videantur inter ſe diſcrepare, in præcipuis tamen angulis omnes conſentiunt, è quibus primarij dies decretorij colliguntur; tetragonæ enim & oppoſitæ Lunæ radiationes fortes motus & veras criſes efficiunt, ſeptima, decimaquarta, & vigeſimaprima die circiter.

Quibus & qua de cauſſa tertium hunc de diebus iudicatorijs librum Galenus compoſuerit. Cap. X.

QVI iam diſputationis huius ſubtilitati ſuccenſet, ac difficilem eam exiſtimat, hunc nemo ipſam addiſcere cogit, verum primus huius operis liber ei ſufficit. Quòd, ſi non laboris fugitantior ſit, ſecundum quoque adijciat, à tertio autem abſtineat. Nos ſiquidem hæc paucis planè, ijsque inuitos, ſcripſiſſe affirmamus. Vos ô Dij immortales nouiſtis, vos in teſtimonium voco, hæc me amicorum quorundam precibus vehementer adactum ſcriptis mandaſſe.

Ecce tibi vſque à Galeni temporibus Medicorũ de Aſtrologia peruerſa opinio, timet enim Galenus, ne ſibi vitio vertatur, quod librum hunc aſtrologicum conſcripſerit, ideoque ſe amicorum precibus adactum & inuitum hæc ſe ſcripſiſſe affirmat. Verum ſi rem ipſam penitiùs introſpiciamus, non video cur Medico à zoilis iſtis ſit metuendũ,

cò

eò quòd illa, quæ per experientiam & practicam, vt dicunt, vera eſſe cognouit (vt ſunt hi dies critici) per theoricam etiam addiſcere, cauſſasque illarum rerum cæleſtes inquirere geſtiat. Quin imò & Galenus ipſe ſupra affirmat, ſe Lunæ aliorumque Planetarum vires in hæc inferiora cognouiſſe. Neque dubitandum eſt, fuiſſe etiam Galeni ætate nonnullos, maximè Aegyptios, qui de medicina Aſtrologica ex profeſſo conſcripſerint, vt fortaſsè Hermes, aut Mercurius Triſmegiſtus de infirmorum decubitu, quem antiquiſſimũ auctorem Stadius & Ioannes Boderius in Latinam linguam conuerterunt. Sic etiam liber ille, qui ſub Hippocratis nomine circumfertur, de ſtatu ęgrorum ſecundum motum & diſpoſitionem Lunæ; necnon & alter, qui inter Galeni ſpurios eſt, de infirmorum decubitu, ſi nõ ſunt dictorum virorum, at certè antiquiſſimorum virorum eſſe conuenit.

Aduerſus eos, qui nugantur de numerorum dignitate. Cap. XI.

NAM ſtulti nimirum eſſemus, ſi huiuſmodi ſermonẽ vulgo conuenire arbitremur; quoniam illi vnionem, matris expertem, dualitatem numerũ inaudire ſuauius eſt, & alia ratione vnitatem formam eſſe, dualitatem materiam infinitam: deinde trinitatem abſolutam harmoniam, vel perfectum numerum, & primum, aut ſolidum, aut planum. Quicquid enim in mentem ipſis venit, dicunt, alij aliud, & Mineruam aliquem numerum appellant, alterum Dianam, alium Apollinem. Quemadmodum igitur hoc non ignoramus, ita dicere dedignamur, cùm nullam demonſtrationem ſcientificam huiuſmodi placitis adducere queamus. Et amicis frequenter ipſa re oſtendimus, huiuſmodi frigidis ſermonibus vtenti, ſiue quẽuis numerum laudare, ſiue reprehendere voluerit, procliue eſſe. Nã periculum eſt, ne eo ſtupiditatis veniant, qui huiuſmodi nugantur, vt cùm vel de ſeptimana, vel de alio quouis dixerint, non contenti ſolis huiuſmodi ineptijs, addant Pleiadas ſeptem, & vtramque Vrſam ἑπτάστερον, ideſt ſeptiſtellam: etenim ſic nominant, immo & Thebarum ἑπταπύλων, quaſi dicas ſeptiportarum meminerunt. At quid ad rem propoſitam ſpectat, ſi Pleiades ſeptem ſint, Dionẽ laterali morbo laborantem ſeptimo die de morbo iudicium ſuſtinuiſſe?

nuiſſe? etenim aliàs nono,aliàs decimo die criſim habuit. Quid autem ſimilitudinis eſt, ſi ſeptem Nili ſint oſtia, Theonem pulmonis vitio ægrotantem ſeptimo die iudicatum fuiſſe? nam aliquando quarto, interdum quinto, morbi iudicium accepit. Verùm, vt in alijs omnibus duplex vitij cuiuſque ac prauitatis natura eſt, exceſſus & defectus: ita hic quoque nonnulli eos,qui veritatem de ſeptimana dicere conantur prorſus auerſantur, quippe qui ſermonem quemlibet ſummo odio proſequuntur: nonnulli in tantam nugacitatem incidunt,vt etiam ea, quæ ad rem nihil pertinent, commemorent: vtrique Vrſæ, inquiunt, ſeptem ſtellæ ſunt; primum ſanè verum non eſt,ſed hoc extremam eorum inſcitiam coarguit. Eſto iam verum,ſed neque Bootes,neque qui ipſas Vrſas tranſit Draco, ſeptem ſtellas obtinet.Pari modo nec Corona,nec Ophiuchus, nec Cancer,vel Leo, nec omninò vllum ex duodecim ſignis, in quibus planetæ feruntur. Etſi illa terrena exornare, atque etiam diſponere non Aſtronomis modo,ſed etiam Philoſophis clariſſimis in confeſſo habetur. Quamobrem nec recipiendi ſunt nugatores,nec cogendi,qui huiuſmodi ſpeculationem ſemper refugiunt.

Etiamſi Galenus vires nullas ineſſe numeris acerrimè & obſtinatè aſſeueret,ſunt nihilominus hac noſtra tempeſtate complures, qui numeris non poſtremas vires tribuunt: quorum coriphæus eſt Augerius Ferrerius, qui exiſtimat Hippocratem dies ſuos criticos in numerorum doctrina Pythagorica fundaſſe: vnde in opuſculo ſuo de diebus decretorijs ita ſcriptum reliquit: Quapropter cùm Galenus nu-
„ merorum vim deridet, ſe ipſum & Hippocratem deridere videtur; &
„ alibi. Ego verò quantum per experientiam cognoſcere potui, depre-
„ hendi morbos eſſe aliquos, qui dies criticos ex arithmetica Pythago-
„ ricaque ordinatione imitentur; alios qui Lunæ motum ſequantur. Vides ergo quantum tribuat numeris Ferrerius,qui cùm ſatis aptè, non autem ſuperſtitioſè, vt alij nonnulli,de hac materia ſcripſerit, non eſt quod diutius hiſce immoremur; & qui hanc numerorum rationem curioſius inquirere volent, dictum Ferrerij libellum de diebus decretorijs adeant; qui licet probabilibus argumentis demonſtret dies nonnullos criticos rationem numerorum Pythagoricam ſequi,ſum tamen ego iſtius opinionis, dies potiùs intercidentes (vt Medici dies illos intermedios ſolent appellare) hanc numerorum rationem imitari,quàm dies decretorios & iudiciarios.

Quæ hactenus monſtrata ſunt, & cur quaterniones aliqui cæteris neceſſario iungantur, aliqui ſeparentur. Cap. XII.

AME itaque veritatem ipſam, quantum homini licet, inuentam eſſe puto: quam quidem & Hippocrates prius cognouerat, ſicut & pręſcriptis verbis indicauit: vulgare autem Medicorum genus præ ſegnitie ea ſubticuit. Enimuerò nec aliud quippiã ab Hippocrate fruſtra ſcriptum inuenio, nec illud, quod vlla horum cõputatio totis diebus fieri nequit. Atque principium non Aſtronomis tantum, vel naturalibus Philoſophis, ſed agricolis quoque, & nautis, hominibusque omnibus receptum aſſumi, Lunam videlicet terreſtrem plagam, veluti hyparchum quendam magni Regis Solis, gubernare. Huiuſcè circuitus dies decretorios ſequi monſtrauimus: adhæc coincidentium dierum cauſſas indicauimus: itẽ, cur tres ſeptimanas ad vigeſimum, non ad vigeſimum primum potius Hippocrates voluerit deducere. Cæterum his demonſtratis nullum adhuc negotium eſt inuenire, quare primam ſeptimanam à ſecunda ſeparet, hanc autem tertiæ coniungat. Neque enim ſecundam primæ, criſi ad quartumdecimum diem perueniente, coniungere ratio poſtulabat, neque tertiam à ſecunda remouere, cum vigeſimus magis, quàm vigeſimuſprimus iudicia excipiat. Quoniã verò inter ſeptimanas ipſas duæ quidem primæ ſeparantur, tertia verò copulatur, perſpicuum eſt quaterniones quoque nonnullos neceſſariò coniungi, alios ſeparari. Itaque ſecundus quaternio & primus coniungentur, quod vnius ſeptimanæ primæ bifariam diuiſę particula vterque ſit: tertius à ſecundo diſiungetur, quoniam & ſeptimana ſecunda à priore ſeparata eſt. Tertius autem quarto copulabitur, quoniam ſecundę ſeptimanę vterque particula eſt. Hic itaque rurſum quartus propter tertiam ſeptimanam ſecundæ coniunctam, quinto copulabitur: Adiungetur etiam ſextus quaternio quinto, in decimaſeptimo die, tanquam tertiæ ſeptimanæ pars vterque exiſtens.

Repetit Galenus nunc ea,quæ in ſuperioribus Capitibus dixerat, Lunam ſcilicet tanquam Solis vicariam,terreſtrem hunc mundum gubernare,eiusque circuitum dies Decretorios ſequi,quod hi ſecūdum ſeptimanas procedant, licet ipſæ ſeptimanæ integros dies ſeptē non complectantur,quemadmodum ſupra in 9. Cap. demonſtratum eſt, vbi ſeptimanam de mente Galeni definiuimus eſſe dierum 6.horarum 17 $\frac{1}{2}$.quo fit vt ipſæ ſeptimanæ non ſint omnino diſtinctæ ſed implicatæ. Enimuerò licet prima ſeptimana ſeparetur à ſecunda,cum nō deficiat ab integris diebus ſeptem niſi horis 6 $\frac{1}{2}$. attamen ſecunda non poteſt eſſe diſtincta à tertia: quia cum deſinat ipſa ſecunda poſt dies 13.& horas 11.dies illa decimaquarta,in quam deſinit,cum nō ſit abſoluta,euadit ſimul principium tertiæ hebdomadæ. Qua autē ratione id à Galeno acceptum fuerit,explicauimus capite ſuperiore.Prætereà eodem modo in quaternionibus,hoc eſt in diebus indicatiuis, qui ſecundum numerum quaternarium proficiſcuntur, idem obſeruatur à Galeno,vt ſcilicet naturam ſequantur ipſarum hebdomadarum quas ſecant; quod melius ex ſubiecta figura cognoſces,quam longa verborum copia,vbi ſeries quattuor hebdomadarum, & octo quaternionū in menſe Galenico conſpicies.

Quaterniones.

1 2 3 4 5 6 7 8

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27

1 2 3 4

Hebdomadæ.

Contra hanc hebdomadarum Galenicarum & quaternionum rationem diſputat Federicus Chriſogonus Capite quinto de Prognoſticis ægritudinum per dies criticos: quem qui volet adeat.

Quis propriè acutus morbus,quis tardus, quis breuis, quis longi temporis dicatur.
Cap. XIII.

Q VAPROPTER ad bonam victus rationem inſtituendam vtiliſſimum eſt iudicij tempus præcognoſcere: num verò acutum,vel diuturnū,vel alio modo, morbum nominare conueniat, qui vigeſimo die, verbigratia,iudicandus eſt,id nihil ægro præſidij affert:poteſt enim quiſpiam ne locutus quidem,immo qui nec prorſus cogitaue-

gitauerit, qui nam ipſe vocandus ſit, probum victus modum ægro inſtituere, modò nihil ex alijs prætererit, quæ huc conferre videntur. Iam ſanè veritatem ſimul & vtilitatem expoſui, ſophiſticarum autem nugarum finis iam eſto, poſt hæc oſtendentibus nobis hoc in loco, quantum plerique Medici ea, quæ conueniant, ignorent. Putant enim acutum vocari morbum, qui celeriter iudicatur: contrarium huius diuturnum. At veritas non ita habet. Eſt ſiquidem morbus quidam breui tempore durans (græci brachychronion appellant) non tamen omninò acutus. Huic contrarius eſt morbus diuturnus, vel multo tempore durans (græcè chronios vel polychronios, vel quomodocunque aliter quis vocare ipſum malit) acuto alia morbi natura nullum proprium nomen ſortita, oppoſita eſt: idque meritò euenit: nam acuti morbi (qui vt Archigenes quidem deſcribebat, cum velocitate eſt periculoſus: vt Hippocrates autem cum febre continua euenit) accidens neceſſario erit, vt celeriter iudicetur. Etenim ex motus ſpecie acutus nuncupatur. Quieſcere autem celeriter ipſi eſt neceſſe, vt qui ad proprium finem properet: nam idem eſt celeriter moueri, ac ad terminum confluere. Erit iam omninò brachychronius, alia tamen atque alia ratione, & acutus & brachychronius dicetur: nā propter motus celeritatem acutus: quod verò diu morari is, qui celeriter mouetur, non poteſt, brachychronius appellabitur. At ei natura alia morbi coniuncta eſt: multæ ſiquidem febres diariæ ex frigore quodam vel aduſtione partium exteriorum, vel labore breui, vel vigilia, vel triſtitia, vel ebrietate, vel ira, vel id genus ſimilibus proueniunt, paruæ ſimul, & breues, & periculis prorſus vacuæ: atque nemo has, vel idiota, vel Medicus acutum morbum vocare conſueuit. Itaque acutus a brachychronio morbo clare in his ipſis diſtinctus eſt: tardus autem cum polychronio, ſeu longo confuſus eſt, quanquam non eandem notionem obtinet: ſiquidem acutus tardo, oligochronios ideſt exigui temporis, polychronio oppoſitus eſt. Omnis ergo acutus planè exigui temporis morbus eſt, & omnis diuturnus neceſſariò tardus: non tamen, ſi breuis temporis, acutus ſtatim eſt: neque ſi tardus, longi temporis. Proinde ex tali immutatione non admodū manifeſta com-

pluribus Medicis,non appellationes tantùm,ſed rerum quoque ipſarum dignotiones,confuſæ fuerunt.

Totum hoc caput poſtremum Galeni Medicum eſt, & à noſtro inſtituto alienum, quippe qui ab initio huiuſce commentarij diximus nos ea tantùm explicaturos, quæ ad rem noſtrã, hoc eſt Aſtrologiam facerent: vt aliqua ratione Medicis in illa parum verſatis ſubueniremus: quos nunc precamur ne ſiniſtrè interpretentur, quicquid à nobis hucuſque dictum eſt: & ſi per otium licet, euoluant etiam tractatum ſubſequentem ipſis præcipuè ſcriptum; cuius præcepta ſi deinceps in arte Medica exercenda obſeruarint, maiori certè cum gloria ac languentium commodum medicinam adminiſtrabunt.

IO. ANTONII MAGINI PATAVINI, MATHEMATICARVM IN ALMO BONON. GYMNASIO PROFESSORIS,

DE LEGITIMO ASTROLOGIAE IN MEDICINA VSV, LIBER VNVS.

PRAEFATIO.

ANTEQVAM pręcepta de Aſtrologiæ in Medicina vſu explicemus, neceſſarium nobis viſum eſt, vt ſummatim priùs oſtendamus, quibus Aſtrologię partibus Medicus in primis indigeat. Primùm itaque temperaturam nati, cuius ipſe Medicus curam gerit debet inueſtigare; quã licet à poſteriori, ex præceptis Medicis facilè queat cognoſcere, tutiùs tamen fecerit, ſi cõiecturis Medicis ac Phyſicis adiunxerit etiam cauſas cęleſtes à genitura nati dependentes. Deinde conducit vt à cęleſti Planetarum conſtitutione ab initio naſcendi cognoſcat, quibus morbis ac malis à natura natus ſubijciatur. Tertiò conuenit, vt animaduertat prorogatores vitæ, qui tunc cùm in hanc lucem emergit, dominium ſuſceperunt, & an robuſti ſint ac fortes, an verò debiles, ac quouſque poſſint vitam Aſtrologicis coniecturis producere ſiue ſuſtentare: necnon etiam quibus temporibus ſeu annis nati, im-

pingant

INDEX
CAPITVM LIBELLI
DE LEGITIMO ASTROLOGIAE
IN MEDICINA VSV.

Cap. 1 DE temperamento corporis ex conſtitutione Planetarum in geneſi nati cognoſcendo. pag.41.a
2 De vitijs & morbis corporis in genere. pag.42.a
3 De cecitate & viſus debilitate. pag.43.b
4 De ſterilitate & genitalium vitijs. pag.44.b
5 De vitiligine, lepra, impetigine, alijsque leuioribus vitijs. pag.45.a
6 De morbis in ſpecie. pag.45.b
7 De vitæ prorogatoribus, & locis prorogatorijs. pag.46.b
8 De locis, qui vitæ prorogatoribus occurrunt, & anæretæ, ſeu vitæ abſciſſores appellantur. pag.48.a
9 De diſtinctione malorum occurſuum, qui vitæ prorogatoribus contingunt. pag.50.a
10 De colligendo tempore ægritudinum vel mortis ex directionibus infauſtis. pag.51.b
11 De reuolutionibus annuis rectè hoc ſæculo inſtituendis. pag.52.a
12 De qualitate & effectibus reuolutionum annuarum quoad vitam nati, ac valetudinem. pag.52.b
13 De conijcienda qualitate ægritudinis, vel mortis ex mala directione. pag.56.b
14 De momento temporis, quo quis primum decubuit, diligenter obſeruando. pag.58.a
15 De eſſentia ſeu natura ægritudinis ex figura ad initium morbi erecta cognoſcenda. pag.60.a
16 De quatuor anni temporibus à Sole per Zodiacum diſcurrente factis, ac de quatuor diei quadrantibus, qui totidem anni temporibus aſſimilantur. pag.62.a
17 Criticos dies penes verum Lunæ motum determinare, in morbis præſertim acutis, qui Lunæ motum ſequuntur, & ex conſequenti dies malos ac bonos pro ægroto enunciare. pag.63.b

18 In

Cap. 18 *In chronicis, & diuturnis morbis Solis motum præcipuè vel alterius Planetæ morbum facientis obſeruari.* pag.66.b

19 *An futurus ſit morbus diuturnus, vel breuis.* pag.67.b

20 *De magnitudine & malignitate ægritudinis, ſeu morbi in genere, & an ſit curabilis & ad ſalutem terminans, an verò incurabilis & ad mortem ægrum conducens.* pag.68.b

21 *Aphoriſmi particulares ſeu indicationes Aſtrologicæ de decubitu lethali reſpectu locorum genituræ, & annuæ reuolutionis.* pag.ibid.

22 *Aphoriſmi particulares, ſeu indicationes Aſtrologicæ de decubitu lethali ex ſola figura ad morbi initium conſtructa prorumpentes.* pag.70.a

23 *Particulares aphoriſmi ſeu indicationes ſalutis.* pag.71.a

24 *De tempore ſalutis vel mortis particulariter indagando.* pag.73.a

25 *De electionibus in medicina & cura ægrotantium faciendis, & primo de confortandis, & coadiuuandis virtutibus corporis per influxum debitum.* pag.73.b

26 *De electione temporis ex aſtris, quo pharmaca, quibus humores ſuperflui & damnoſi in corporibus humanis expelluntur, exhiberi conſultè poſſunt.* pag.75.b

27 *De eligendo tempore maximè ad phlebotomiam, ſeu venæ ſectionem ex aſtrorum poſitu, accommodato.* pag.76.b

28 *De curatione particularium morborum ſecundum aſtra, vt facilius, & citius quoad fieri poteſt, cura efficiatur.* pag.77.b

CAPVT PRIMVM.

De temperamento corporis ex conſtitutione planetarum in geneſi nati cognoſcendo.

COMPLEXIO, ſeu temperamentũ hominis eſt cognita mixtura quatuor primorum & naturalium humorum noſtri corporis, ſanguinis ſcilicet, pituitæ, atræ bilis, ſeu melancholicæ, & flauæ bilis, ſeu choleræ, ſecundum tamen harmoniam ſpecificam, vt vnus ipſorum humorũ cæteris ſecundum magis, vel minus prædominetur. Quod ſanè hominis temperamentum, vt eſt in ſingulis diuerſum, propter multiplicem ac variabilem aſtrorum poſitum, ita in vnoquoque alijs etiam de cauſis, quæ ſunt parentum varia affectio, educatio, victus ratio, & loci, vbi natus degit, natura, poteſt aliquã variationẽ ſuſcipere. Verũ noſtri erit inſtituti cœleſtes tãtum cauſas perſequi; qua in re Ptolemæi ac probatiſſimorũ Aſtrologorũ veſtigia inſequemur.

Primum itaque pro dijudicanda nati temperatura duo Zodiaci loca in geneſi eiuſdem præcipue ſunt obſeruanda, horoſcopus ſcilicet ſeu gradus aſcendens, & locus Lunæ; ſed primas ſigno horoſcopanti meritò concedimus, ea tamen lege, vt non ſolum illã Zodiaci partem, quæ in linea Horizontali ortiua tempore geniture emergit, ſed totum illud ſpatium, quod inter Horizontem ipſum, & ſecundæ domus cuſpidem eſt, ſolicitè examinemus, plus ſemper virium partibus horoſcopi viciniori bus, quàm remotioribus tribuentes. Tum verò & diſpoſitores dictorum duorum locorũ, qui ſunt horoſcopi & loci Lunæ domini, ſunt attendendi. Ac denique tum planetarum, tum etiam ſtellarum fixarum habitudo ad dicta loca & ad ipſos diſpoſitores eſt perpendenda, vt ſcilicet præ reliquis obſeruemus illos maximè planetas, qui horoſcopo adſunt per præſentiam; hi enim cæteris ſunt valentiores, potentioreſque in huiuſce rei ſignificatione; & ſic etiam eos qui Lunæ corpore coniunguntur; tum verò & illos qui cùm horoſcopo tum Lunæ radio aliquo copulantur. Sed & ſtellæ fixæ, quæ cũ dictis locis ſub eodem circulo poſitionis cooriuntur, ſunt examinandæ, nec qualitas tum quadrantis Lunaris ad Solem, tum quadrantis annui, in quo ſcilicet Sol verſatur, eſt prætereunda. Sol namque in quadrante Verno caliditatem ac humiditatem, in Aeſtiuo caliditatẽ & ſiccitatẽ, in Autumnali frigiditatẽ & ſiccitatẽ, in Hyemali deniq; frigiditatẽ & humiditatẽ conferre ſolet. Ex his.n.omnibus ſumma cũ diligentia accurateq; diſcuſſis, qualitates, in tẽperatura nati prædomi-

nantes, faciliimè colligemus. Et ſi contigerit, vnum aliquem planetam plura præ cæteris obtinere ſuffragia, ille profectò plus etiam reliquis in hac qualitatum ſignificatione poterit, ideoque augenda ſemper ac multiplicanda ſunt eiuſdem teſtimonia, perinde ac ſi duo vel plures eſſent planetæ eiuſdem naturæ. Porrò malefici planetæ dictis locis, vel conſentientes vel prædominantes, tùm corpore, tùm nociuis radijs, noxias etiam qualitates, & diſtemperiem (quod illorum eſt ingenium) in complexione nati ſolent excitare. Simplices autem ſingulorum planetarum ſignificationes in hac materia, ex Ptolemæi doctrinæ, ſunt huiuſmodi.

Saturnus Orientalis, vel fixa de eius natura, humidiorem & frigidiorem dat temperaturam; Occidentalis verò humidiorem.

Iupiter vel Venus Orientalis, vel fixa eiuſdē naturę craſim magis ad calorē & humorem declinantem adfert; occidentalis verò humidiorē.

Mars orientalis, vel fixa Martia calidiorem & ſicciorem temperaturam facit, ſed occidentalis ſiccam.

Mercurius orientalis vel fixa ipſius naturæ tribuit complexionem magis ad calidam accedentem, & occidentalis ſicciorem.

Iam ſi aliquis horum planetarum Lunæ configurabitur, faciet illa generaliter temperaturam viuidiorem & robuſtiorem; ſin Soli, caliditatem & ſiccitatem pro ſua natura ille tribuet, licet aliter operetur reſpectu quadrantis, quem in zodiaco tenet; Luna autem peculiares donat qualitates pro ſitu ſuo erga Solem: nam in prima quadratura à coniunctione frigidum, & humidum temperamentum efficit in ſecunda calidum & humidum, in tertia calidum & ſiccum, in quarta verò ſeu vltima frigidum & ſiccum. Correſpondent enim hi quattuor Lunæ quadrantes, totidem anni quadrantibus, prout diximus in Commentarijs Capitis Quinti Libri Tertij de diebus decretorijs Galeni, id quod à Ptolemæi doctrina non diſſentit.

Sed & planetarum qualitates plurimum à ſignis, in quibus hærent, alterantur; vt, ſi verbi gratia planeta calidus ſignum ſimiliter calidum obtinuerit, qualitas illius ad calidum magis cooperabitur, ſi frigidum calor eiuſdem plurimum remittet, aduerſante ſigni facultate naturæ ipſius planetæ. Naturam autem ſigni à trigonorū ingenio proficiſcentem potiùs, quàm ab anni quadrantibus comprobo; ſigni enim natura, pro ſitu eiuſdem in anni quadrante tunc conſideranda eſt, cū Sol in eodem repertus fuerit. Quamobrem ex communi Aſtrologorū opinione Aries Leo & Sagittarius, qui trigonum igneum conſtituunt, calida erunt & ſicca: Taurus, Virgo & Capricornus, terrei trigoni ſigna, frigida erunt & ſicca: Gemini, Libra, & Aquarius ſigna aerea, calida erunt & humida: Cancer denique Scorpius & Piſces, ſigna aquea frigida erunt & humida.

Natura ſignorū.

Sunt

Sunt itaque ex accurata contemperatione tot concurrentiũ ſimplicium teſtimoniorum eligendæ duæ illæ qualitates, tanquam per excreſcentes ſeu præualentes numeros, quæ temperaturã nati propriam indicent, & in temperamento nati prædominium habeant. Cæterũ dictis qualitatibus reſpondent craſes ipſæ hac ratione: calido & humido reſpondet ſanguinea, calido & ſicco cholerica, frigido & humido phlegmatica, & denique frigido & ſicco melancholica. Prudentis itaque & circumſpecti Medici partes erunt coniecturis hiſce Aſtrologicis Phyſicas etiam indicationes adiungere, ſic enim tutiùs complexionem ipſam nati cuiuſcunque indagabit. Summa autem in contemperandis tot tamque diuerſis qualitatibus, induſtria & iudicantis ſagacitate opus eſt, eò quòd huiuſmodi rerum adeò multipliciter ſeſe variantium exquiſitiones vix capiat humanum ingenium.

CAPVT SECVNDVM.

De vitijs & morbis corporis in genere.

PTOLEMAEVS eruditè ſanè hanc materiam pertractat Capite Decimotertio Tertij Apoteleſmatici, cuius veſtigijs & nos inſiſtemus.

Primò itaque diſtinguenda ſunt vitia à morbis, & vitia ſeu læſiones ſunt ſenſui patentes notæ, formam corporis deturpantes, quæ ſemel tantum, dum ſcilicet ab initio infliguntur, dolorem adferunt, ſuntque poſtmodum inſeparabiles: vt cęcitas, ſurditas, gibboſitas, aliaque huiuſmodi. Morbi autẽ dicuntur, qui, dum adſunt, vel continuos vel reciprocos dolores infligunt, & natura ſua ſunt ſeparabiles: & reciproci quidem illi appellantur, qui definitis temporibus recurrunt, vt ſunt aſthma, comitialis, podagra, aliaque huius generis: alij verò morbi, qui non habent definita acceſſionum aut receſſionum tempora, continui nõminãtur, & ſunt febres, morbi laterales, angina & ſimiles. Pro dijudicandis autem vitijs & morbis corporis, cõſiderat Ptolemæus in genere duos Horizontis cardines, alterum Orientis, qui eſt prima domus, alterum Occidentis, qui eſt domus ſeptima, quibus adiungit domum ſextam aſcendenti inconiunctam, dicta enim Cęli loca corporis affectionum ſunt ſuſceptiua, quæ ſi à maleficis, vel ab altero ſaltem eorum, ſeu corpore (quod nocendi vim habet maximam) ſeu radijs noxijs, oppoſitis vel tetragonis infecta fuerint, vitia & morbos corporis nato infligunt; eruntque hi effectus euidentiores, ſi luminaria vel ambo, vel vnum ſaltem in dictis locis reperiatur, à maleficis modo ſupradicto infeſtatum: neque

magni intereſt, vtrum malefica ſtella luminari coniuncta, ipſum vel præcedat, vel ſubſequatur, dummodo illa ſit in cardine vel ſexta domo; magis tamen obeſt ſuccedens Planeta quàm antecedens. Iam verò qualitatem futurarum affectionum indicabit natura tum ipſorum luminarium damnatorum, tum verò maleficorum damnantium, necnon & his configuratorum Planetarum (planetæ enim ſpecies & cauſſas ſymptomatum aperiunt) & ſignorum in Horizonte vtroque afflictorum. Ex his enim omnibus eruemus locum in corpore humano decretam impreſſionem ſuſcepturum; ſicque cognoſcemus, ſitne pars illa corporis aut læſionum, aut morborum, aut denique vtriuſque generis calamitatum capax. Vbi & hòc animaduertendum, maleficos orientales læſiones, occidentales morbos ſolere infligere; potentiores enim ſunt dum orientales à Sole ſunt, hoc eſt dum ante Solem oriuntur, debiliores verò ſeu minùs potentes, dũ ab eodem ſunt occidentales, hoc eſt dum poſt Solem occidunt. Porrò corporis totius partes tùm ſignis Zodiaci, tùm duodecim Cœli ſtationibus hac ratione aſcribuntur.

Aries & Prima domus	habet caput, faciem, oculos, aures, & morbos, qui in capite generantur, ac præeſt choleræ
Taurus & Secunda domus	præeſt collo, ceruici, gutturi, & melancholico humori.
Gemini & Tertia domus	tenet humeros, brachia, ſcapulas, manus, mamillas, & ſanguini dominatur.
Cancer & Quarta domus	pulmonem notat, pectus, epar, coſtas, ſplenem, & ſalſo phlegmati præeſt.
Leo & Quinta domus	dominatur ſtomacho, ventriculo, cordi, dorſo, lateribus, diaphragmati, & cholerico humori.
Virgo & Sexta domus	ventrem habet & inteſtina, ac melancholiam parit.
Libra & Septima domus	lumbos, vmbilicum, renes, veſicam, femora, & inferiora ventris indicat, ac ſanguini præeſt.
Scorpius & Octaua domus	obtinet inguina, pudenda, veſicam, anum, ac phlegmati dominatur.
Sagittarius & Nona domus	coxis, natibus, femoribus ac choleræ præeſt.

Capri-

Capricornus & Decima domus } poplites,& genua denotat, ac malencholicum humorem ciet.

Aquarius & Vndecima domus } crura, tibias,ac fibulas indicat, ac ſanguinem habet.

Piſces & Duodecima domus } talo & pedibus, ac phlegmati dominatur.

Saturnus præterea habet ex ſenſibus auditum præcipuè auris dextræ,ex virtutibus retentiuam,ex humoribus atram bilem,ex complexionibus melancholicam ſeu frigidam & ſiccam,ex partibus ſeu membris humanis ſplenem quæ eſt receptaculum atrę bilis,aurem dextrā, oſſa,veſicam vrinæ,dentes cum cartilaginibus & ligamentis.

Iupiter dominatur ex ſenſibus tactui,ex virtutibus principalib.naturali participante tamen Venere & Luna,& etiam vegetatiuæ,& ex minus principalibus ſeu adminiſtrantibus digeſtiuę, ex humorib.ſanguini,ex complexionibus calidæ & humidæ,ex membris ſeu partibus hominis,hepati,ceu iecinori quod eſt officina ſanguinis,carni,ſanguini,venis,& pulſui.

Mars gubernat ex ſenſibus auditum ſiniſtrum,ex virtutibus iraſcibilem & attractiuam ex humoribus flauam bilem & ſanguinem inflāmatum,& complexionibus cholericam, ſeu calidam & ſiccam cū exceſſu,ex partibus hominis fel quod eſt receptaculum flauæ bilis, renes,inteſtina,ſedem ac ſiniſtram aurem.

Sol regit ex ſenſib.viſum,maximè oculi dextri,ex virtutib.vitalem potentia,& attractiuam ex humorib.coleram, remiſſam ex cōplexionib.calidam & ſiccā moderatè,ex mēbris hominis oculū dextrū, cor, arterias addito ſanguine in eis contento,& dextram hominis partem.

Venus pręeſt ex ſenſib.odoratui,guſtuique,ex virtutib.appetitiuę, & cum Luna augumentatiuæ,& cum Ioue generatiuæ,ex humoribus phlegmati naturali,ex complexionibus phlegmaticæ vicinæ temperamento,ex membris humanis vaſis ſeminarijs, & ſemini, pudendis vtriuſque ſexus,venis,clunibus, colo, naſui propter odoratum, labijs ob voluptatem,vmbilico,lumbis & ventriculo.

Mercurius præeſt ex ſenſib.phantaſiæ,memoriæ, & ſenſui cōmuni, ac præterea ſermoni,intellectui,menti & rationi,ex virtutib.ſeu facultatib.animali,ex humorib.melancholiæ aduſtæ,ex membris humanis pulmoni(cuius officium eſt ſpiritum trahere,corq; & reliqua membra ſua anhelatione refocillare,inſeruit etiam loquelæ plurimū)linguæ,& omnibus inſtrumentis,vocis,manibus,digitis,neruis & lieni.

Lunæ reſpondent ex ſenſib.viſus,præcipuè verò oculi ſiniſtri,& ex parte guſtus,quod is maximè neceſſarius eſt nutritioni,ex facultatib. naturalis,quā gubernat vnà cū Ioue & Venere,ex virtutib.expulſiuę,

ex humoribus phlegma, ſeu pituita addito ſanguine menſtruo, quod & ille pituitoſus etiam eſt, ex complexionibus phlegmatica ſeu frigida & humida, ex partibus corporis cerebrum, oculus ſiniſter guttur, ventriculus & ſiniſtra omnia.

Sed nunc ad particulares læſiones ac morbos accedamus, prout Medico inſeruire poſſunt. Et læſionum quidem duo ſunt genera, aliæ enim ſunt grauiores, vt cęcitas, ſterilitas, claudicatio: aliæ verò leuiores, & ad cutim ac carnem ſolùm pertinentes, vt vitiligo, lepra, impetigo, & lentigo. De claudicate autem, gibboſitate, linguæ impedimentis, alijsque huiuſmodi nullus nobis erit ſermo, quorum cognitio ad Aſtrologos potius, quàm ad Medicos pertinet; de quibus qui erudiri volet, Ptolemæum aliosque ſcriptores paſſim de his agentes conſulat.

CAPVT III.

De cœcitate & viſus debilitate.

PTOLEMAEVS quinque conſtellationes ad oculorum læſionem pertinentes recenſet; quarum quattuor primæ alterius tantum oculi infortunium præſagiunt, quinta & vltima vtriuſque.

Et prima quidem eſt, cùm Luna fuerit in memoratis centris primæ vel ſeptimæ, vel etiam in ſexta domo, Soli coniuncta, vel eidem è diametro oppoſita.

Secunda cùm Luna fuerit in iiſdem locis & Solem quadrato aſpiciens applicet ad Stellas fixas nebuloſas ſiue in Zodiaco, ſiue extra Zodiacum, dummodo cum illis quæ extra Zodiacum ſunt reperiatur in eodem circulo poſitionis. Sunt autem ſtellæ nebuloſæ illæ omnes, quas iam ſecundam Tychonis calculum ad annum Domini 1600, vel ſecundum Copernicum in ijs, quas Tycho non obſeruauit, referemus.

Pleiades ſeu Vergiliæ, quæ occupant in longitudine à grad. 23. 3′0. ♉ vſque ad grad. 24. 47′. cum latitudine gr. 4. circiter Borea.

Præſepe ſeu nebuloſa in pectore Cancri, quæ eſt in grad. 1. 4′6. ♌ cum latitudine grad. 1. 1′4 Boreali. Aſelli à primo gradu ♌ vſque ad 3. 8′ ♌

Aculeus Scorpij grad. 19. 0′ ♐ cum latitudine Meridiana gra. 13. 20′. ſecundum Copernicum. Nebuloſa ſequens aculeum gr. 22. 36′ ♐ cum latitudine Meridiana gr. 13. 1′5. ſecundum eundem.

Cuſpis ſagittæ Sagittarij gra. 25. 56 ♐ cum latitudine 6. 3′0 Meridiana ſecundum eundem.

Coma Berenices à grad. 18 ♍ vſque ad gr. 23. cum latitudine Borea

rea à grad.24.vſque ad 28. Et nebuloſa eius incidit ſecundum Copernicum in grad.16.16.cum latitudine gr.30. Septentr.

His adduntur & aliæ quædam ſtellæ ad cęcitatem cooperantes, vt ſunt.

Nebuloſa oculi Sagitarij ex Copernico in grad.6.3′6 ♐ cum latitudine grad.0.4′5 Boreali.

Nebuloſæ in Capricorno à grad.27.vſque ad 30 ♑, cum latitudine circiter vnius gradus Borea.

Cingulum Orionis à gradu 17. vſque ad 19.6′ ♊, cum latitudine Auſtrali à gradu 23.3′8.vſque ad 25.2′1.

Γαλαξία ſeu Via lactea incipiens à gradu 20 ♊ vſque ad 2 ♋ & ex parte oppoſita à grad.6.vſque ad 16.Sagittarij, ac denuo à gradu 24 eiuſdem Sagittarij vſque ad gr.6 ♑.

Quibus omnibus addit Pontanus Linum Piſcium, & Caput Arietis: in vniuerſum autem præter nebuloſas, reliquæ etiam omnes ſtellæ occultæ, quæ ſunt de natura Solis & Martis, vel Lunæ ac Martis ad oculorum læſionem conferunt.

Tertia Ptolemæi conſtellatio eſt, cùm maleficus Orientalis Lunæ cardinali lumenque vacuanti in aſcenſione ſuccedit, hoc eſt cùm maleficus ad Lunam motu quotidiano fertur, ita enim fit vt eam exſpectet in partibus proximè ſuccedentibus.

Quarta cùm malefici cardinales ante Solem ſurſum motu vniuerſitatis feruntur, mane Soli pręlucentes & validi.

Quinta cùm malefici ad vtrumque luminare memoratis modis reſpiciunt, idque ſeu in vno eodemque ſigno per præſentiam, ſeu in aduerſis per oppoſitionem, ita vt Soli ſint eöi, Lunæ verò heſperij.

Quibus conſtellationibus iam enarratis ſi ſtellarum fixarum etiã teſtimonium acceſſerit, longè peiores euadent ad oculorum infortunium ſignificandum. Vbi & hoc animaduertendum eſt ſuperiores conſtellationes etiam in alijs quàm in prædictis angulis vires ad nocendũ obtinere, licet debiliores producant effectus.

Debilem pręterea viſum præſagit nodus Auſtrinus in horoſcopo abſque beneficæ alicuius teſtimonio. Suntque etiam complures à diuerſis Aſtrologis adducti aphoriſmi in hac materia, licet maiore ex parte confuſi & inordinati, & qui facillimè ad ipſius Ptolemęi conſtellationes poſſunt reuocari.

Tempus autem, quo ſimilis oculorum læſio ſeu ægritudo acceſſura ſit, niſi à natiuitate adſit, ex directione luminarium ad Planetarum malum hoc decernentium radios colligemus. Sic ego multoties obſeruaui luminarium ad præſepe, & aſellos, aliaſque ſupra memoratas ſtellas, deuolutionem, oculorum diſcrimen attuliſſe, dummodo à radice infortunij adſit ſignificatio, & ſi non eſt à tempore naſcendi

ſignifi-

ſignificatio nihilominus ex prędictis directionibus defluxus humerũ ad oculos viſum pro tempore labefactantes adducunt, cito tamen tranſituros.

CAPVT IV.

De ſterilitate & genitalium vitijs.

STERILITATIS indicationes ac læſiones circa genitalia vaſaq́; ſeminaria ſumuntur præcipuè ſecundum Ptolemæum & Aſtrologos à Veneris corrupto poſitu. Hæc enim ſi fuerit in aliquo ſæpè memoratorum angulorũ, orientis ſcilicet ac maximè occidentis, necnon etiam in ſexto loco, & à Saturno per præſentiam, vel diametrum, vel quadraturam, vel per mutuam locorum propriorum receptionem ſeu commutationem viciata, Marte ſuper eam eleuato aut in diametro conſtituto, tunc quidem fiunt viri ſteriles, & ob ſemen corruptum infœcundi, & pigri etiam, fœminarumque conſuetudinẽ abhorrentes; mulieres verò infœlices experiuntur conceptiones ac ſubiectæ ſunt abortionibus, & intempeſtiuis ac immaturis fœtum deiectionibus, & hoc maximè vbi commemorata figuratio inciderit in ♋, ♍, & ♑, & Luna Orientalior, Marte eidem proximè applicet.

Quod ſi iiſdem ſic ſtantibus acceſſerit etiam Mercurius, ita vt eidẽ Veneri vnà cum Saturno copuletur per præſentiam, vel diametrum, aut oppoſitionem, aut mutuam propriorum locorum commutationẽ, qui ſic naſcuntur euadunt eunuchi, vel androgini, vel ex genitalium meatuum concretione læſi.

Præterea ſi iiſdem ſi ſeſe habentibus Sol quoque eidẽ Veneri, iuxta aliquem modorum de Saturno, & Mercurio memoratorum, configuretur, ſintque luminaria, & Venus maſculeſcẽtia, & Luna marceſcẽs, & malefici planetæ in partibus ſubſequentibus ſuccedentes, tunc quidem ex huiuſmodi conſtitutione viris pudenda præciduntur, eruntq́; in eis inſignes læſiones; atque hæc calamitas magis ſæuiet, ſi Venus in Ariete aut Libra conſtituetur. Fœminę verò euadunt infœcundę ac ſteriles. Et qui ſub tali conſtitutione nati fuerint, oculorum etiam læſionibus erunt obnoxij ob luminarium deprauationem.

Iulianus Riſtorius ait ſe obſeruaſſe, Venerem à Saturno commaculatam ſemper ſterilitatem adferre, ita tamen vt vel ambo vel Venus ſola in ſigno ſterili reperiatur.

Porrò huc pertinent aphoriſmi nõnulli, quos iá opponimus Venus in ſexta propter loci malignitatem ſemini genitali obeſt, vnde viros

eiicit

efficit frigidi coitus, & plerunque ſteriles, mulieres verò ex partu labo rantes, & quæ partum immaturum edunt, ſuntque hæc mala eo maiora, quo ipſa Venus magis à maleficis infortunabitur.

Venus in occaſu & veſpertino exor tu , Saturno ex culmine Cœli quadrangulata , non minus viros , quàm mulieres frigidi efficit coitus .

Venus in decima Saturno partiliter per corpus aut inimico radio copulata, & in Lunæ quadratura vel oppoſitione, ſterilitatis indicium non leue affert.

Venus in dignitate Martis inuenta, ſiue in ortu, ſiue in Cœli culmine, in diametro, vel tetragona configuratione , vel etiam antiſcio maleficorum domicilium permutantium , ſpadonem fore , qui ſic naſcetur, indicat.

CAPVT V.

De vitiligine, lepra, impetigine, alijsque leuioribus vitijs.

QVANDO Luna vel dominus horoſcopi in memoratis locis primæ, ſeptimę, vel ſextę infeſtantur à maleficis, & decurrunt per partes notis cardinalibus proximas, tūc quidem ſecundum Ptolemęum accident leuiores cutis, carniūque extremarum lęſiones; Ac vitiligini quidem erit obnoxius natus, ſi Luna vel horoſcopi dominus circa proximas Arietis partes verſabitur; eſt autem vitiligo vitium lęuiſſimū ſolam cutem defœdans; ſed ſi prope Autumnale ſignū hoc eſt circa Libram dicti ſignificatores fuerint, lepra, hoc eſt ſquamoſa ſcabie, diuexabitur . Iam verò circa tropicū æſtiuum ſeu Cancrum producit dicta conſtitutio impetiginē, eſtque id vitium grauius, colorē enim pilorum immutat, ac radices in carne profundiores agit . Deniq; prope hybernum ſignum, hoc eſt circa Capricornum , lentiginem, hoc eſt maculas ſubrufas lenti ſimiles adducit.

Sed nunc aphoriſmos aliquot ad hanc rem facientes proferamus .

Mercurium in ſexto loco Lunę creſcenti copulatum vitioſas decernere ęgritudines, & corpus nati albis maculis infectum iri, neoterici quidam tradiderunt.

Mars in trizodia aquea oppoſitus Lunę impetiginem denunciat.

Luna in diametro Saturni, in Tauro vel Scorpione , nulla benefica radiatione intercedente elephantiæ vitium ob corruptum ſanguinem nato comminatur.

Luna in trizodia aerea a Marte impedita, niſi beneficorum auxilio ſubleuetur, putredinem ac lepram infligit.

Luna in aquea triplicitate à Saturno infecta, abſque fortunæ aſpectu lepram albam, podagram, vel cancrum ſignificat: & ſi infortunæ ſimul in aqueo trigono Lunæ copulabuntur, decernent morpheam, ſcabiem, vel allopeciam.

Saturnus in ſigno aqueo, & in ſexta à Sole combuſtus, leproſos efficit, & in ſeptima dat fiſtulas & cancros in pudendis.

Sol in ſexta Saturno per diametrum in ſignis maleficis oppoſitus paralyſin comminatur.

Luna cum Saturno & Marte in duodecima & Solis diametro neruorum reſolutionem indicat.

Saturnus, & Mercurius coniuncti in octauo loco in genitura diurna, calculo & veſicæ vitio laborantes efficit.

CAPVT VI.

De Morbis in ſpecie.

HVCVSQVE de læſionibus, nunc de morbis agendum, qui nato ſolent euenire, quando in conſtitutione ſuprà Capite 2. memorata malefici ſunt à Sole occidentales, quod tunc debiliores ſunt ad infligenda mala ob Solis ab iiſdem elongationem; & a Luna orientales, quod tūc Luna ab illis defluat ac ſeparetur.

Efficit autem Saturnus in genere, vt Ptolemæus ait, vētribus frigidos, ac valdè pituitoſos, & fluxione plenos, tenue ſimul ac valetudinarios, ictericos, diſentericos, tuſſientes & exſpuentes, colicos & leproſos; & præter hæc fœminas ex vtero laborantes.

Et ſi Mercurius ei configurabitur, frigus Saturni augebit, facietq; aſſiduam agitationem, ac humorum & fluxionum conturbationem, præcipue eorum quæ à capite deſcendunt, ac circa pectus, ſtomachū, guttur ſeu fauces tumultuantur.

Mars verò facit ſanguinem expuentes, anheloſos ſeu ægrè ſpirantes, ſcabioſos, ſectionibus & vſtionibus ſubiectos, vexationes continuas in abditis locis patientes, ob fiſtulas, hemmorrhoidas, inflāmationes, vlcera ardentia & carnem depaſcentia: in mulieribus abortus, euulſiones fœtus, & corroſiones fœturæ inchoatæ.

Cum quo ſi Mercurius conſpirauerit, augebit malam Martis ſignificationē cooperando ad deſiccationes, quæ fiunt & cernuntur in exul-

ceratione,

ceratione, depilatione, incruſtationibus, apoſthematibus, eryſipelatis, aliisq; vlcerationibus feruentibus, & in lychenibus feris, ideſt canceris & gangrenis.

Particulare verò de morbis ſumitur iudicium ex aſtrorum illos decernentium, & his configuratorum naturis ad certas corporis partes relatis, quas indicant ſigna affecta, quæ in angulos vel ſextam domum incidunt.

Peculiariter autem Cancer, Capricornus & Piſces, & in genere humi verſantia & aquatica ſigna octauæ Sphæræ faciunt affectiones vlcerum depaſcentium, ſerpentiumque & ſcrophularum aut puſtularũ ac lepræ, & his ſimilium. Sagittarius verò & Gemini ad comitialem diſponunt: & denique altra iam dicta in extremis dodecatemoriorum partibus ſeu ſignorum primi mobilis reperta circa membrorũ extremitates ex humorum defluxu morbos decernunt, vnde in vniuerſum oriuntur lepræ, podagræ, & chiragræ.

Sed & hic adiungendi ſunt aliorum Aſtrologorum aphoriſmi, valdè memorabiles ad morbos pertinentes.

Saturnus vel Mars in ſexta aut duodecima, infortunans dominum ſextæ, maximè ſi in ſextam inciderit aliquod ex his ſignis ♑, ♒, ♓, debilitatem in partibus inferioribus ſignificat, facitque artheticos, podagricos, vel qui dolore iuncturarum cruciantur.

Maleficarum alterutra peregrina in ſeptima ſignificat infirmitatem in natibus & hemorrhoidas, & multo magis ſi ambæ ibidem fuerint.

Dominus aſcendentis in ſeptima à malefico damnatus, vel natura ſua maleficus exiſtens, hemorrhoidas vel morbos ani decernit.

Saturnus in horoſcopo in oppoſito Martis, & Luna domina ſextæ in ſeptima infortunata, hemorrhoidas vel ani morbos promittit.

Sic Mars in Scorpione abſque aſpectu beneficę idem pręſagit.

Dominus horoſcopi, quicunque ille fuerit, in ſexta domo conſtitutus; ſemper valetudinariũ efficit, vt & dñs ſextæ afflictus ſeu infœlix: qui ſi fuerit Saturnus, & a Sole aut Marte dãnatus, vel Lunæ cõiũctus corpus catharoſum & paralyſi obnoxium decernit; interdum etiã hydropicos facit, vel aſſiduo vrinæ fluxu laborantes, vel ſcabioſos aut podagricos, pro natura ſigni quod Saturnus obtinuerit. Sin verò Mars fuerit debilis, vel à Sole combuſtus, vel alioquin impeditus febres acutas aut tertianas & combuſtiones decernit, præcipuè in ſignis igneis; in aqueis verò dyſenteriam aut fluxum alui periculoſum.

Iupiter in ſexta infœlix ſeu damnatus, inflammationem hepatis, rubedinem faciei, aut puſtulas in ea decernit.

Sol dominus primæ in ſexta, vel dominus ſextæ à maleficis afflictus & debilis, facit cardiacas paſſiones & tremorem cordis.

Venus ita ſe habens debilis vel à maleficis afflicta, ſtomachi imbe-

cillitatem adfert,& mulieribus matricis paſſiones,& difficultates partus,aliaque ſimilia.

Luna eodem modo poſita,& à Saturno afflicta,cholicas plerunque paſſiones,tormina ventris,& dolores inteſtinorum,præſertim in Virgine aut Libra decernit.

Cæterùm hic animaduertas oportet, in memoratis omnibus læſionum & morborum ſignificationibus,quod ſi beneficorum aliquis affulſerit vel luminaribus,vel maleficis morborum auctoribus, ita tamẽ vt non ſit à maleficis ſupploſus vel in eorum poteſtate,dictas læſiones futuras mitiores,& morbos facile ſanabiles;at ſi beneficę nullã opem tulerint,magis iſthæc mala ſæuient.

CAPVT VII.

De vitæ prorogatoribus, & locis prorogatorijs.

DIIVDICATVRO ex Ptolemæi & probatiſſimorum Aſtrologorum doctrina de vitæ temporibus ſciendũ eſt, quinque eſſe in figura cœleſti loca aphetica ſeu vitæ ſuſtentatiua,in quibus neceſſe eſt vt aphæta, qui vitã debet decernere,reperiatur, ſuntque ſingula hęc loca cũ horoſcopo,qui maximam cum nato conuenientiam habet,radio aliquo colligata: vt domus decima ſeu Cœli culmen, quod cæteris locis potentius eſt,& ab horoſcopo tetragono radio diſſidet: Horoſcopus ſeu aſcendens,ideſt prima domus,quæ poſt cœli culmen cæteris præſtat: vndecima domus quæ hexagono radio intuetur aſcendens ſeptima domus quæ oppoſitis, & denique nona quæ trinis radijs primam domum aſpicit,eſtque nona domus cæteris omnibus in ſignificanda vitæ gubernatione inferior ac debilior.Iam verò vnaquęque domus exordium capit quinque gradibus æquinoctialibus ante cuſpidem ſeu centrum ſuum,& deſinit gradibus vigintiquinque poſt cuſpidem. Cæterùm excluditur domus octaua à vitæ gubernatione (quæ quod ſupra terram extet, videri poſſet admittenda) eò quòd contrariam vitæ actionem habet,morti enim ſignificat, & nullo cum horoſcopo vinculo ſeu radios copulatur: ſic duodecima licet ipſa etiam ſupra terram ſit,vitam tamen largiri nequit,quod horoſcopo inconiuncta ſit,& quod planetę iam iam ab Horizonte emergentes & in duodecima conſtituti à terræ vicinę humoribus impediti,vires ſuas maximè vitales diffundere nequeunt. Reliquæ autem domus omnes ſubterraneæ,ſola prima excepta,quæ ortui proxima eſt,à vitæ ſignificatione excluduntur.

Vitæ autē gubernator ſeu aphæta eſt vel Sol, vel Luna, vel Horoſcopus Regionis, vel Horoſcopus Lunaris, vel etiam quicunque alius Planeta, qui deficientibus luminaribus dominium vitæ iuxta conditiones iam exponendas, adeptus fuerit. Eligendi verò ſunt vitæ ſuſtentatiui hiſce rationibus.

In genitura diurna præferendus eſt Sol, ſi ille in aliquo dictorum locorum hylegialium reperietur; ſed ſi idem octauā fortaſsè vel duodecimam obtinuerit domum (quas domos ſupra tanquam non vitales reiecimus) tunc Lunam aſſumemus: quæ ſi nec ipſa locum hylegialem poſſederit, recurremus ad illum Planetam, qui in loco vitali repertus, tria minimum ſuffragia ſeu dignitates ex quinque quæ ſunt domus, altitudo, trigonus, finis, & irradiatio, in his tribus locis conditionis diurnæ obtinuerit, nempe in loco Solis, in loco coniunctionis genituram præcedentis, etiamſi proximè anteceſſerit oppoſitio, & in horoſcopo Regionis, qui ad Solem, dominum ſcilicet temporis refertur. Quod ſi neque talis Planeta pro vitæ gubernatore haberi poterit, tunc tandem horoſcopum ſeu gradum aſcendentem accipiemus. Verùm cùm non rarò poſſit euenire, vt plures in genitura diurna ſint aphetæ, vt ambo luminaria & Planetarum vnus, tunc quidem præferemus luminarium illud, quod maiorem habuerit prærogatiuam, tum reſpectu loci hylegialis, tum ſigni in quo verſatur, & quod conuenientiori radiatione cum beneficis copulabitur. Nonnunquam tamen poſtponemus luminaria Planetæ illi, qui trium locorum ſupra memoratorum dominus extiterit, ſi is duas habeat conditiones, nempe vt ſit in potiore loco aphetico, quàm ſint luminaria, & ſit dominus vtriuſque temporis, hoc eſt vt non ſolùm tres dignitates in tribus locis conditionis diurnæ, ſed totidem etiam in tribus locis conditionis nocturnæ obtineat, in loco Lunæ ſcilicet, oppoſitiouis præcedentis, & Lunaris horoſcopi.

In genituris nocturnis autem eligenda eſt primò Luna ſi obtinuerit aliquem locorum hylegialium: ſecundò Sol ſi fuerit in prima domo, hoc eſt in illis vigintiquinque gradibus, qui à linea, ſeu cuſpide horoſcopi pro prima domo numerantur, dummodo Luna ſit in loco minùs vitali. Tertio ſi vtraque luminaria à vitæ dominio exciderint, illū preferemus Planetam, qui in loco hylegiali poſitus tria minimum obtinet ſuffragia in totidem locis conditionis nocturnæ, qui ſunt locus Lunæ, horoſcopus Lunaris (qui conditionem Lunæ ſequitur) & oppoſitio precedens, etiam ſi proximè natiuitatem coniunctio antecedat.

Quarto ſi nullus ex ſupradictis obtinuerit vitæ dominium, tandem vel horoſcopum Regionis aſſumemus, ſi proximè anteceſſerit natiuitatem luminarium coniunctio, vel horoſcopum Lunarem, ſi op-

ſi oppoſitio. Poſtremò verò ſi neque horoſcopus Lunaris ſit in loco ad vitam ſuſtentandam idoneo, extremum refugium erit ad horoſcopum regionis.

Atque hæc eſt ſententia Ptolemæi de eligendo vitæ gubernatore primario ſeu præcipuo, cui adiungendus eſt aphęta ſeu vitæ dator ſecundarius vnus vel alter: vt exempli gratia ſit Sol ſecundum conditiones ſupra memoratas vitæ dator principalis, ſi Luna quoque fuerit in loco vitali, eligemus eandem vnà cum horoſcopo Regionis pro vitæ dominatoribus ſecundarijs; ſed Luna exiſtente in loco ad vitam inhabili, ſolus gradus aſcendens ſecundarius erit vitæ dator; & ſic de reliquis etiam Planetis.

Cæterùm hic etiam obſeruandum eſt, ſemper horoſcopũ Regionis in gubernatione vitæ, & in decernendis ægritudinibus efficacem eſſe, quando per directionem ad infauſta Planetarum loca deuoluitur, étſi vel ambo ſimul luminaria, vel alterutrum eorum hylegialem poteſtatem obtineat. Quin immo & luminaria ipſa, licet ſub terra ſint, vel in locis illis, qui ſupra terram extantes à vitæ gubernatione excluduntur, vt in octaua vel duodecima domo, valent nihilominus ad ægritudines ſignificandas, licet non ad vitam terminandam ex morte naturali; nam eo, qui veraciter eſt vitæ ſignificator benè ſe habente, vita quoque nati firma perſiſtit ac ſalua, permanetque natus incolumis, etiamſi reliqui interea competitores patiantur maleficium. In genere autem locus ille, qui vitæ ſuſtentatiuus eſt, fortior eſſe debet, quocunque alio eorum, qui ad hanc dignitatem aſpirant. Neque hoc prætereundum eſt, geneſim eſſe valentiorem pro vita ſuſtentanda, quando plures habuerit aphætas, eoſque validos ac robuſtos, tunc enim vita euadit etiam robuſta & diuturna; neque natus facilè niſi ex valida cauſſa decumbit, prout infra, vbi de directionibus agemur, referemus; neque enim vnicus ille tantùm prorogator, qui poteſtate reliquos opprimit, & qui in vita gubernanda pondus accipit, dirigẽdus eſt in cauſſa vitæ, ſed & reliqua loca authentica, quæ de vitæ diſpoſitione aliquantiſper participant.

Quòd ſi verò ſolus horoſcopus Regionis fuerit vitæ princeps, nec à maleficorum radijs infeſtetur, ſed à beneficis auxiliante radio adiuuetur, luminaribus interim validis & à beneficis benè irradiatis, tum quidem vita etiam nati robuſta ac longæua eſſe poterit, præſertim ſi ipſa luminaria horoſcopum benignè aſpexerint: ac maxima quidem vis per diu eſt Solis, noctu verò Lunæ.

At ſi aphetæ ipſi debiles fuerint, vita quoque nati debilis erit, quæ tamen longæua eſſe poterit, prout ipſi aphetæ tardè ad loca anęretica, de quibus paulò poſt diſſeremus, delabentur. Solo autem horoſcopo imperium vitæ ſuſtinente, & luminaribus interea infęlicibus, ac inua-

inualidis, vita nati leuiſſima de cauſſa ſæpè ſæpiùs abſcinditur, atque eò magis, ſi & horoſcopus ipſe debilis fuerit ac malè affectus.

CAPVT VIII.

De locis,qui vitę prorogatoribus occurrunt,& anęretæ ſeu vitæ abſciſſores appellantur.

ANAERETAE, abſciſſores,ſeu interfectores vitæ in genere dicuntur ij,qui quoties ſignificatori vitæ per directionem obuiam fiunt,vitam nati abſcindere,vel ſaltem graui aliqua noxa ſanitatem eius labefactare poſſunt. Duplicem autem directionem Aſtrologi cum Ptolemęo faciunt,ſicut nos in Canone 42. noſtrarum Tabularum Primi Mobilis ſeu directionum oſtendimus; altera generalis eſt & legitima,quæ à Ptolemæo Actinobolia, ſeu vt alijs lubet,directa, vel in ſignorum conſequentiam directio appellatur, atque hæc communiter omnibus dominatoribus,vbicunque locorum in figura Cœli compertis,conuenit,fitque dum promiſſores,quos in negotio vitæ anæretas, vel abſciſſores vocant, ex partibus ſequentibus ad ſignificatorem vitæ vel alterius cuiuſcumque rei accedunt,& ad illius Horizontem reducuntur, vnde ipſe vitæ dominator in loco ſuo perſiſtens exſpectat perimentium inuaſionem;altera directio particularis eſt, & conuerſa, ſeu in ſignorum præcedentiam,& à Ptolemæo horiæa dicitur,quæ locum habet dominatore vitæ in quadrante Cœli deſcendente conſtituto inter Celiculmen & Horizontem occiduum,& vnicum tantummodo interemptorem habet, gradum occidentis ſcilicet; de qua fuſiùs egimus Canone 48. dictarum noſtrarum Tabularum; vbi opinionem noſtram de praxi huius directionis,exploſa Cardani ac Valentini Naibodæ ſententia, attulimus, quorum poſtremus, Naiboda ſcilicet, in Commentarijs ſuis ſupra Ptolemæi Quadripartitum,in eandem fuſiùs ac prolixiùs ſcribit ſententiam,quam in commentarijs ſupra Alcabitium attulerat; ac denique parum de hac Ptolemæi directione ſatiſfactus, allatis nonnullis inconuenientibus,quæ ex eadem emanant,hiſce verbis ſermonem vniuerſum concludit: Vnde fortè non iniuria quis ſuſpicari poſſit,iſta quoque Ptolemæi adiectiua & ablatiua habere quandam perplexionem haud abſimilem adiectionibus & ablationibus illis,quales Arabes ſuo Alcocodæo circa vitæ tempora colligenda aſſignarunt. Hæc ille. Atque vt ingenuè fatear quod ſentio, exiſtimo ego additiones illas & ablationes in directione conuerſa,ineffi-

caces

caces & vanas eſſe; ſimplicem tamen aphætæ deſcenſum ad gradum occidentis effectum aliquem producere nequaquam ambigo; ſed directio huiuſmodi ſimplex nihil aliud eſt, quàm horoſcopi Regionis ad oppoſitum aphætæ deuolutio, eritque hac ratione vna ſola directionum ſpecies.

Huius itaque legitimæ directionis interemptores dupliciter diuiduntur, alij enim ſunt generales abſciſſores, qui vbicunque reperti fuerint, vim perimendi retinent, & occidunt per ſe generaliter, licet nō neceſſariò ſemper, & hi ſunt octo: nempe duo corpora maleficorum planetarum Saturni & Martis, duo oppoſita eorundem, & quadraturę tum dextræ tum ſiniſtræ amborum: alij ſunt interemptores ſpeciales, qui per ſe generaliter non occidunt, niſi adhibita aliqua certa conditione, & hi ſunt de ſententia Ptolemæi, primò quidem maleficorum Saturni & Martis hexagoni & trigoni aſpectus, accedentes ad naturā tetragoni reſpectu aſcenſionum Aequatoris; & quidem hexagonus, ſi inciderit in ſigna longarum aſcenſionū, in parte Cęli aſcendente, adeò deprauatur, vt in naturam tetragoni degeneret; & trigonus in eadem parte aſcendente in ſignis breuium aſcenſionum, quadrati etiam ingenium ſuſcipit. Sic in parte Cœli deſcendente hexagonus in ſignis longarum deſcenſionum, & trigonus in ſignis breuium deſcenſionum in tetragonum deriuant. Nos autem magnifacimus ipſas tetragonas radiationes perfectas in Aequatore ſicuti docuimus in noſtris Directionum Tabulis Canone 40.

Secundò poſſunt etiam ijdem aſpectus maleficorum ſextilis & trigonus interimere, etiamſi ab Aequatore non deprauentur, nec in quadrati naturam degenerent: vt ſi maleficus ille fuerit diſpoſitor mortis, hoc eſt octauæ domus dominus, vel in eadem per præſentiam repertus, vel etiam in ſexta aut ſeptima domo poſitus: præterea ſi fuerit idē maleficus aphætæ inimicus vel ratione ſigni, vt quando ab initio aphæta & anæreta fuerint in aſpectu oppoſito vel quadrato, ſiue in antiſcio aut partibus inuicem imperantibus & obedientibus: adhæc quando memorati aſpectus, ſextilis ac trigonus ſcilicet, cadunt prope antiſcia tum primaria tum ſecundaria eorundem maleficorum: primaria autē antiſcia ſunt, quæ in eundem parallelum cum Planeta incidunt, & hæc propriè antiſcia appellantur; ſecundaria verò, quæ cadunt in diuerſos parallelos æquali ſpatio ab æquatore remotos, & aliter dicuntur imperantes & obedientes partes.

Plurimum etiam poſſunt ijdem ſextiles ac trini radij in genituris debilioribus, in quibus vnus tantùm, & debilis eſt vitæ ſignificator, & non rarò vitæ diſcrimen mortemque etiam adferunt: ijdem tamen aſpectus in Aequatore aſſumpti licet interimere fortaſsè nequeant, grauem nihilominus noxam & periculum inferre abundè poſſunt.

Tertiò

Tertiò habent & antiſcia maleficorum vim inimicam ac hoſtilem, nec ægritudines ſolùm ac externa pericula, ſed mortem etiam quandoque inferunt, id quod nos ipſi ſæpiùs experti ſumus. Partes autem imperantes obedientesque, quas ſecundaria antiſcia appellamus, malæ quidem ſunt ac noxiæ, ſed minùs poſſunt, quàm antiſcia.

Hinc eſt, quod tetragonæ maleficorum radiationes, quę circa medietates dodecatemoriorum fixorum incidunt, vt ſunt ♉ ♌ ♏ & ♒ efficaciores ſunt cæteris quadraturis, & certiùs mortē inferunt propter conduplicationem malignitatis, quod in dictis medietatibus etiā antiſcia concurrant.

Quartò connumeratur inter abſciſſores quadratus proprius aphętę cuiuſcunque tam in Zodiaco, quàm in Aequatore: necnon & ſextilis eiuſdem longus ac trinus breuis, ab Aequatore ita deprauati, vt quadrato ſint viciniores. Aphætam autem intelligo quemcumque, qui hylegialem adeptus ſit poteſtatem, ſiue is Sol fuerit, ſiue Luna, ſiue horoſcopus Regionis, ſiue Lunaris, vel etiam quicunque alius Planeta, cui tale dominium ceſſerit.

Quintò ponit Ptolemæus locum ſeu corpus Solis pro peremptore, ſi id Lunæ vitam ſuſtentanti occurrerit. Neque id caret ratione, lumi naria enim diſtinguuntur ſectis aduerſarijs. Verùm enimuero etiamſi corpus Solis Lunam perimat, tetragonus tamen eiuſdem, ſeu diameter, ſiue etiam antiſcium ægritudines tantum comminantur. Nec Lunæ ſolùm obeſt Solis aſpectus ſeu corpus, ſed horoſcopo etiam & cuicunque alio vitæ ſignificatori, tum verò maximè, ſi à radice Sol ipſi aphætæ aduerſabitur, vel amicitiam contraxerit cum domo mortis, vel in eandem fuerit, vel etiam à maleficorum aliquo ſiue per præſentiam, ſiue per radium malignum diuexabitur.

Sextò Luna fit interfectrix tum horoſcopo Regionis, tum Soli, ſecundum Auenesram, ob ſectæ diſcrepantiam; dictus enim horoſcopus Solis naturam ſequitur. Quinimò idem ille aſſeuerat, Lunam infeſtis Solis imbutam radijs omnem alium ſignificatorem perimere, maximè ſi octauæ domus dominium acceperit, aut in eadem præſens fuerit.

Septimò Mercurius poteſt etiam fieri anęreta, dum malefici naturam induit. Acquirit autem Mercurius ingenium maleficum, quando corpore vel radijs alicui maleficorum commiſcetur, ſiue cùm reperitur in eodem circulo poſitionis cum ſtella fixa violenta, aut eſt in malefici poteſtate, aut hoſtili radio dominatori vitæ configuratus, aut etiam in contrario ſigno ſuæ domus, aut altitudinis, aut etiam retrocedens.

Octauò nodi Lunares ac præcipuè Auſtrinus, quem vulgò caudam Draconis dicunt, auctore eodem Auenesra, perimunt Lunam, non autem alios ſignificatores; & conſtat experientia ipſum nodum Au-

N ſtrinum

ſtrinum obtinere vim noxiam, & non ſolùm Lunam ſed etiam Solem, aliumve quemcunque vitæ ſignificatorem per directionem offendere.

Nonò ſtellæ fixæ, quæ de maleficorum natura ſunt, vim interemptricem obtinent, vt ſunt Pleiades, Hiades, quarum præcipua eſt, quam dicunt Palilitium, ſeu Aldebaran, Hercules, Cor Scorpij, ſeu Antares, Caput Gorgonis, Bellatrix, Lanx Auſtrina, & aliç nonnullæ de natura maleficorum. Tanto autem certiùs perimunt, quanto propiùs ipſi ſignificatori occurrerint, reſpectu deuiationis ab Ecliptica, vt ſi fuerit vtriuſque, tum aphætæ, tum fixç, eiuſdem affectionis & quantitatis latitudo, vel potius declinatio, tunc enim per eundem parallelum feruntur. Porrò cor quoque Leonis, quamuis in cæteris cauſſis, vt ait Naiboda, proſperitatem faciat, in cauſſa tamen vitç, propter caloris exuberantiam ad perimendum confert, id quod nos ipſi ſępiùs in pueris experti ſumus, quibus dicta ſtella parum ab Horoſcopo diſtabat, luminaribus extra loca vitalia incidentibus.

Poſtremò addunt tum Arabes, tum alij nonnulli ſcriptores ſuperioribus omnibus alios adhuc interſectores, vt ſunt termini ſeu fines Planetarum, quos & Ptolemæus conſiderandos eſſe præcipit, non quidem vt abſciſſores, ſed prout hic vel ille Planeta dominium in illis obtinet, vt ſuo loco dicemus; deinde cuſpides domorum ſeu ſtationum Cœli infœliciũ, quæ ſunt octaua, ſexta, duodecima, & ſeptima; his addunt domus quartæ cuſpidem, ſi aquea ſit & infortunata. Præterea etiam harum domorum diſpoſitores vim perimendi obtinere volunt, quod incertum eſt, nec recentioribus Aſtrologis probatur. Cæterùm cuſpidem quartæ domus, quam imum Cœli, ſeu foueam Planetarum appellant, ad interimendum plurimum valere, vt permulti affirmant, ſic obſeruantibus manifeſtum fiet; atque ſic etiam diſpoſitorem octauæ, aut Planetam in octaua compertum, maximè ſi is fuerit aliquo affectus infortunio; cui ſententię ſubſcribit Naiboda in Commentarijs ſupra Quadripartitum Ptolemæi.

Sed & hoc coronidis loco eſt adijciendum, nempe anæretas illos, qui alioquin in robuſta ætate, & in validis genituris interficiendi vim non obtinent, in ſenecta tamen & genituris debilibus euadere ſatis efficaces ad perimendum. Sed nunc de conditionibus, quæ anæretæ, vt certiùs interimat, ineſſe debent, agamus.

CA-

CAPVT IX.

De diſtinctione malorum occurſuum, qui vitæ prorogatoribus contingunt.

NARRATIS hucuſque abſciſſoribus vitæ ſimplicibus, reſtat vt explicemus, quæ directiones prorogatorum vitæ ad abſciſſores validæ ſint ac efficaces ad vitam terminandam: quæ verò ad inſultus graues inferendos: & quæ denique leui tantum ægritudine affiiciant.

Supradicti itaque interfectores, alicui vitæ ſignificatori obuiam facti non ſemper abſolutè poſſunt interimere, ſed tunc ſolùm cum afflicti, ſeu malè affecti fuerint, vt ſi directio incidat in terminos maleficorum, vel ſi illi ſucceſſerint proximè radij alterius malefici, beneficis à loco interfectorio abſentibus, vel ſi malefici inimicitiam cum apheta ſeu loco interemptorio contraxerint, aut eiuſdem loci dominium obtinuerint. Sic ſi maleficus, corpore ſignificatori vitæ occurrens, validus à Sole fuerit & angularis, ac peregrinus, ſeu infortunatus deiectione domus vel altitudinis, validiſſimus erit ad perimendum.

Et ſi contigerit directio in loco malefici oppoſito, atque ſi ille proprio loco dignitate aliqua pollebit, tunc etiam potentiſſimus erit ad nocendum, eò quod loci peremptorij euadit inimicus. Sic etiam, ſi maleficus extiterit in aliqua ſuarum dignitatum, & occurſus eius per tetragonum fiat in loco ſuæ deiectionis, maligna erit conſtitutio; vt ſi Mars fuerit in Ariete, & directio ſit ad tetragonum illius in Cancro; vel contrà, ſi fuerit cadens à dignitate, & directio fiat in loco ſuæ dignitatis, vt ſi Marte exiſtente in Libra, occurſus ad tetragonum illius fiat in Capricorno.

Sed & malefico dignificato occurſus in loco, vbi ille dominatur, perniciosus eſt (minus tamen quàm in ſupradictis caſibus) vt ſi Mars Capricornum poſſideat, & tetragonus eius obuiam fiat ſignificatori vitæ in Ariete. In vniuerſum enim malum eſt, maleficum dominari in loco interemptorio: peius, ſi eidem erit inimicus; nam maleficis inten ſè nocituris conuenit infortunium; minùs verò nocituris, in proprio loco dominiũ; atque hac ratione occurſus corporeus malefici in propria dignitate conſtituti minùs malus eſt, quàm ſi idem eſſet peregrinus, ſeu cadens à dignitate: omnis.n. Planeta domum ſeu altitudinem ſuam tuetur ac cuſtodit, non autem euertit. Iam verò ſi ſupradictis

conditionibus adſint & alia infortuniorum teſtimonia, vt ſcilicet aphæta ſiue vitæ prorogator etiam ipſe infelix ſit, inualeſcet directionum malignitas: vt ſi aphæta ab initio anæretæ aduerſabitur, aut ſi locus in quem cadit directio, eidem vitæ prorogatori erit contrarius. Sic Soli occurrens locus interemptorius in Libra vel Aquario, Lunæ in Capricorno & Scorpio infortunium auget.

Cæterùm quinque ſunt conditiones, quæ vim locorum perimentiũ inhibere ſolent & impedire, ne ſempre occidant. Prima ſi in benefici alicuius, Iouis ſcilicet ac Veneris terminum incidat directio.

Secunda, ſi beneficus corpore vel radijs loco interemptorio ſecundum ordinem ſignorum ſucceſſerit, dum tamen non excedat illa diſtantia beneficorum à dicto loco, metas ſuorum orbium, vt ſcilicet Iupiter non abſit plus gradibus duodecim, & Venus plus gradibus octo. Verùm hic obſeruandum eſt, beneficum, qui ratione terminorum, vel etiam corpore aut radijs auxilium tulerit, ſi debilis ſit vel aliquo modo infœlix, aut afflictus, aut cognationem cum morte habuerit, vel nullam exilem opem ferre: at ſi contrà potens fuerit ac dignitate pollens, plurimum adiuuare. Neque aſpernanda eſt benefici opera, ſi locum directionis proximè anteceſſerit, eoque magis, quo vicinior ipſi loco fuerit.

Tertia conditio eſt, ſi vitæ domini locum anæretæ ab initio benignè reſpicientes diſponant, aut etiam in loco directionis dignificentur. Expedit enim ſaluantes ſtellas tam in proprijs, quàm in peremptorijs locis dignitatem obtinere.

Quarta eſt, cùm prorogator & interfector diuerſam habent latitudinem, tunc enim promiſſor fertur, ſecũdum motum directorium, per circulum æquatori parallelum, & diuerſum à circulo ſignificatoris; ac proinde debilitatur effectus directionis, quæ eò erit efficacior, quo viciniores fuerint hi circuli, & efficaciſſima, ſi per eundem circulum tum promiſſor, tum ſignificator incedat, vt quando eiuſdem affectionis obtinent ambo declinationem. Qua de re egimus Canone 52. Tabularum Directionum.

Quinta ac poſtrema cõditio eſt, ſi interfector fuerit ſub Solis radijs, tunc.n. nihil ipſum virium obtinere teſtatum reliquit Ptolemæus, cui Cardanus, Naiboda, & plerique omnes hucuſque Aſtrologi vnanimi conſenſu ſubſcribunt. Nos autem experimentis quàmpluribus didicimus, interfectorẽ radijs Solis inuolutum, vim obtinere noxiam, eiuſq; radios vitę prorogatori obuiantes pericula & ęgritudines inferre, rarò tñ mortem, niſi natiuitas debilis ſit, & alia conſpirent infortunia.

Diſtinguuntur autem occurſus mali in peremptorios ſimpliciter, in gradarios, ſeu ſcalares, & in tranſitorios.

Peremptorius abſolutè eſt ille occurſus, qui penitùs & ſine contro-

uerſia

uerſia vitam abſcindit, vt quando exacerbata ſunt omnia loca peremptoria rationibus ſupra expoſitis, vel etiam quando eadem ab vtriuſque generis lumine, primario ſcilicet ac ſecundario infecta ſunt, hoc eſt quando vitę prorogatores perueniunt per directionem ad loca peremptoria, quæ partim à lumine primitus (ab initio ſcilicet naſcendi) impreſſo ſunt infeſtata, vt ſi à maleficis damnentur, & à beneficis deſerantur: partim à lumine ſecundario ſeu ſuperueniente ad exitum anni ſcilicet deprauantur, hoc eſt in reditu Solis ad ſuum initium, de quo paulò poſt; in quo ſi damnentur loca vitalia, & à locis peremptorijs abſint beneficæ, penes planetarum tranſitus ſcilicet & progreſſiones annuas, erit occurſus ille ſiue directio validiſſima. Exempli gratia ſi in releuatione anni alicuius, in quem maligna incidit directio, luminaria à maleficis aliqua ratione affligantur, per ingreſſum, vel tranſitum, vel per progreſſionem annuam; nec beneficæ, in eodem anni redditu, reſpiciant loca interemptoria, ad quæ ſignificatores vitæ per directionem proceſſerunt, tunc quidem mors certa, ex coniecturis Aſtrologicis, eſt exſpectanda.

Gradarius ſeu ſcalaris concurſus contingit, quando non omnia loca peremptoria ſunt penitus exacerbata à lumine primario, ſed aliqua tantum; & ſic etiam quando à lumine ſuperinducto hoc eſt in anni reditu, non ſunt infecta abſolutè loca vitalia & peremptoria, ſed aliqua tantum & leuiter: tunc enim occurſus ille periculoſas infert ægritudines, & ambiguas, ita vt æger nunc ad ſalutem pendere, nunc mortis indicia monſtrare, nunc grauiſſimis conflictari accidentibus videatur, adeò vt quem finem ægritudo habitura ſit, in controuerſia ſit. Terminabit autem ægritudo ad ſalutem, ſi teſtimonia beneficorum præualuerint maleficis ægritudinem inferentibus; contra verò interibit natus, ſi maleficæ ſuperabunt beneficas vel potentia, vel teſtimoniorum ſuffragijs. Qua in re ſagax periti Medici, & Aſtrologi iudicium & induſtria requiritur.

Tranſitorius denique occurſus accidit, quando loca ipſa peremptoria non ſunt afflicta ab initio, nec in anni reditu infecta ſunt loca præcipua; vitalia ſcilicet & peremptoria, ſed potius beneficæ iiſdem auxiliantur, tunc enim huiuſmodi occurſus languores ac leuia nocumenta, & ægritudines citò terminandas adducunt, prout eorundem occurſuum fert conditio.

Non eſt autem ſilentio inuoluendum, poſſe nonnunquam vel Medici imperitia, vel malo ægroti regimine, vel ex alio aliquo accidente externo, tranſitorium occurſum conuerti, & tranſire in gradarium grauem; cum nihil aut certè parum diſtet tranſito-

rius

rius à gradario leuiore; & ſimiliter poſſe gradarium occurſum interdum aſſumere vires; & permutari in peremptorium ſimpliciter iiſdem de cauſſis.

CAPVT X.

De colligendo tempore ægritudinum vel mortis ex directionibus infauſtis.

TEMPORIS quantitas ſeu annorum numerus, quo interemptor quicunque obuiam fit vitæ prorogatori, ſumitur ex interuallo vtriuſque, penes æquinoctialis tépora inter vtrumque interiecta ſecundũ Sphæræ aſcenſiones, iuxta ſitum ſeu eleuationem poli ſupra circulum poſitionis ipſiuſmet prorogatoris. Quæ res quoniã ſatis prolixè à nobis eſt petractata in Directionum Tabulis, non amplius hic de eadem verba faciemus; ſed ſtudioſos eò remittimus, vt directionum doctrinam, quæ præcipuum totius Aſtrologiæ fundamentũ eſt, nauiter ac ſedulò addiſcat. Quantum autem temporis correſpondeat ſingulo gradui Aequatoris, id etiã in dictis Tabulis Canone 49. definiuimus, ſed cum poſt illud temporis, quo Tabulæ noſtræ Directionum euulgatæ ſunt, Sereniſſimus ac optimus Mantuæ ac Montisferratis Dux VINCENTIVS GONZAGA, inter Principes Italiæ liberali munificentia ac ſplendore erga liberales artes, & præcellentes animi dotes, ac ſumma quæque ingenia, comprimis conſpicuus, cuius tot in me extant ſingularis munificentiæ beneficia, vt quacunque ratione grati animi officiũ, imò iuſtiſſimũ obſequium declarare pro virili nunquã ſim deſtitutus, cum, inquã, is clemẽtiſſimè ac humaniſſimè mihi indulſerit, vt doctiſſimũ Valentini Naibodæ Erphodienſis, Mathematici, & Aſtrologi longè eruditiſſimi opus, quod manuſcriptũ Dux ipſe theſauri inſtar poſſidet, diligentius, per ſummũ otium domi meæ euoluerem; non parum gauiſus ſum, vbi ex mente dicti auctoris, naturalem dirigendi modũ, ſecundũ Ptolemæũ, penes circulos poſitionũ inſtituendũ eſſe (id quod meæ ſententiæ, quã ſuper hac re in dictis Directionũ Tabulis euulgaui, conſonũ eſt) nõ autẽ per horaria tépora, vt Cardanus, Stadius, alijque nonnulli hactenus fecere animaduerti. Atque cũ idem Naiboda in opere ſupradicto probare conetur temporis menſurã in directionibus eſſe de mente Ptolemæi iuxta medij motus diurni Solis quantitatẽ, ideò rem longè gratiſſimã ſtudioſis facturum me ſum arbitratus, ſi à Sereniſſimo Duce exorarem, vt quæ

eius eſt humanitas & erga liberales artes beneuolentia benignè mihi concederet, vt integram Naibodæ de hiſce duabus controuerſijs diſputationem, ſub finē huiuſce tractatus adiungerem & publici iuris facerē. Quod cùm facilè à Principe erga noſtra ſtudia optimè affecto exoraſſem, nō dubito, quin eidē in acceptis relaturi ſint ſtudioſi, quicquid ex hac Naibodæ opinione vtilitatis ſunt percepturi.

CAPVT XI.

De reuolutionibus annuis rectè hoc ſæculo inſtituendis.

QVONIAM ſuperius Capite nono de annuo Solis reditu, ſeu reuolutione tāquàm ſummè neceſſaria, & cū directionibus coniungenda, vt quæ earūdem effectus vel aggrauet, vel leniat, mentionem fecimus, non abre fore iudicamus ea de re nunc ex inſtituto diſſerere. Eſt autem reuolutio annua, Solis ad epocham ſeu locum ſuum, quem ab initio naſcendi obtinuerat, reuerſio, idque ad certum tēporis momentum, quod ex recentiſſimo præſtantiſſimi ac nobiliſſimi Tychonis Brahe calculo, qui palmam in hoc genere obtinet, docebimus inueſtigare. Enimuerò quàm aliàs tradidimus Copernici rationem, hanc erroneam eſſe in Progymnaſmatū primo Tomo Tycho ipſe cum fundamento demonſtrauit. Cæterū magnifaciendā eſſe Solis ad natalitium locū reuolutionē, quotidiana docet experiētia, & Ptolemęus in fine Capiti vndecimi ſui Quadripartiti admonet. Arabes autem, alijque Aſtrologi præteritorū temporum, tantum tribuebant reuolutionibus, vt non dubitarint integra de illis volumina conſcribere; quorum tamen plerique omnes multa profana ac ſuperſtitioſa huic arti immiſcuere, à quibus eandem pro virili, quantum ad Medicinam attinet vindicare ſtatuimus. Scripſerunt autem antea de reuolutionibus Hermes, Abenragel, Bonatus, Albumaſſar, Gauricus, Iunctinus, Bonincontrius alijque.

Conſtructurus itaque reuolutionem alicuius anni recurre ad Tabellam primam Reuolutionū Solis poſitam in primo Progymnaſmatū Tychonis tomo, pagina 108. in quam ingredere cum annis completis, ad quos reuolutionem deſideras, vel ſimplici vel duplici ingreſſu, ſub ſigno conueniente, & colliges horas & minuta, quæ ſemper addenda ſunt horis ac minutis à meridie numeratis in radice, vt proueniat momentum temporis, quo Sol ad ſuum initium reſtituitur. Quòd ſi ag-

gregatum exceſſerit vigintiquattuor horas, totidem ab illo detrahes, & reſiduum reſeruandū eſt pro tēpore reuolutionis: quod an ſit eiuſdem diei radicis, an verò ſequētis ex Ephemeridū inſpectione ediſces: & ſupputatis inde ad tempus inuentū locis planetarū, ac figura cœleſti, vt moris eſt, erecta reuolutionem conſtitueris. Hoc tamen obſeruato, vt ſi Sol non fuerit in initio alicuius ſigni, ſed aliquot gradus in eodem proceſſerit, tunc quidem, vt exacta fiat operatio, ingredieris Tabulā ſuperius memoratam cū initio illius ſigni, quod Sol obtinet, & obſeruata differentia horarum & minutorum, quę ad ſequens ſignū excreſcit, accipies partē proportionalē, vt moris eſt, pro gradibus Solis; quam vbi adieceris primo numero cū principio ſigni Solis obſeruato, exactum temporis momentum pro reuolutione adeptus fueris.

Subſeruiet autem dicta Tabella abſque graui errore tum pro ſæculo præterito, tum etiam pro tēpore venturo, ab anno ſcilicet 1500. vſque ad annum 1700. vt ipſe Tycho affirmat.

Sed hanc Tabellam Deo volente, in noſtris Ephemeridibus iam ſub prælo verſantibus, pro commodiore vſu reponemus.

CAPVT XII.

De qualitate, & effectibus reuolutionum annuarum, quoad vitam nati, ac valetudinem.

CONSTRVCTA reditus Solis ſeu annuæ reuolutionis figura perpendenda erit diligenter & cum radice conferenda, necnon & cū directionibus & progreſſionibus annuis, vt exactius iudicium de vita & valetudine nati ferri queat; quod vt ritè fiat, hæc imprimis obſeruanda ſunt.

Primùm in genere obſeruetur luminarium ſtatus; an ſcilicet illa à maleficis ſtellis commaculata ſint abſque beneficarū auxilio, nā tunc infœlicē obnunciant annum, dū tamen Luna ingreſſa non fuerit in locum, quē beneficus Planeta in radice corpore vel ſalutari radio occupabat: neque etiā benefica tranſitū fecerit per ipſiuſmet Lunæ locum radicalē, ſi quidem tunc lenietur valdè mala illa luminariū ſignificatio. Quod ſi luminaria ipſa fuerint à maleficis libera, & beneficis ſtellis configurata, tunc optimā decernunt nati valetudinē ac tranquillitatē, dūmodo non adſint alia infortunia, vel ex ingreſſu maleficorum in loca luminariū radicalia, vel ex ingreſſu luminarium in loca radicalia ipſo-

ipſorum maleficorum. Enimuerò malum eſt, maleficū aliquem in reuolutione occupare locum Lunæ radicalem, vel illum ex diametro, tetragono, vel antiſcio lædere; ſic Lunam ipſam in reuolutione inueniri in loco, quē maleficus corpore, vel radio noxio, vel antiſcio in radice obtinebat. De Sole autem, cuius reſpectu fiunt reuolutiones, in confeſso eſt, quod dum affligitur à malefico in reuolutione, neceſſario dictus maleficus vel corpore vel quadrato, vel oppoſito locum Solis impugnabit.

Secundò aſpiciendum eſt, quomodo ſe habeat dominus horoſcopi radicis in figura reuolutionis, nec non etiam dominus horoſcopi ipſiuſmet reuolutionis, an ſcilicet vnus & idem planeta, & is beneficus, vtrique horoſcopo præſit ac dominetur, an verò duo. Quod ſi duo, optimum erit ambos ſocietate aliqua vel ratione ſigni, vel irradiationis coniungi. Præterea, ſi ijdem ponatur in locis figuræ laudabilibus, hoc eſt in angulis (præterquam in ſeptima) vel etiam in alijs domibus conuenientibus optimè ſe habebunt, præſertim ſi fuerint dignificati, & à maleficis liberi. Quod ſi ſextam, ſeptimam, octauam, vel duodecimam poſſederint, ſignificabunt vel malas valetudines, vel anguſtias, & tribulationes, tum verò maximè ſi etiam alia acceſſerint infortunia, & ſi domus illa, quam obtinent, ab initio naſcēdi, fuerit malè affecta. Horoſcopus autem reuolutionis conueniens erit, ſi fuerit è ſignis in bono figuræ radicis loco collocatis, & bene affectis; diſconueniens verò ſi fuerit ſignum ſextæ, ſeptimæ, octauæ, vel duodecimæ domus radicis, & ſi eadem domus infortunium aliunde ſentiat. Quod ſi fuerit idem horoſcopus reuolutionis cum illo radicis, aliquid promiſſum in genitura eueniet, & longè maius ac certius, ſi etiam Luna reuerſa fuerit ad locum natalitium, vel ſi dominus horoſcopi radicis aliqua ratione in reddita annuo configurabitur cum loco eiuſdem radicali.

Tertiò conſulendus eſt dominus anni, qui erit ſemper diſpoſitor ſigni annuæ profectionis, ad quod horoſcopus ad initiū illius anni pertingit. Hic autem ſi fuerit fortunatus, & in bono figuræ reuolutionis loco poſitus, necnō etiam in radice fœlix, teſtimonium præbebit proſperitatis nati ac bonæ valetudinis. Contra verò ſi fuerit maleficus, & in vtroq; cœli themate malè collocatus, patietur natus aduerſa pro magnitudine vel paucitate infortunij. Incipit autem dominus anni vires & ius ſuum exercere, quando progreſſio annua pertingit ad initium ſigni illius, cui ipſe dominatur, quod fit vt dominium non ad anni principium, ſed nunc tardius, nunc citius immutetur; dum tamē horoſcopus non fuerit in initio alicuius ſigni. Conducit autem ad ſtatum meliorem, ſi dominus horoſcopi radicis ſimul euadat anni dominus; & optima erit conditio, ſi idem in horoſcopo reuolutionis imperium teneat, & in conueniente Cœli loco ſtatuatur.

gregatum exceſſerit vigintiquattuor horas,totidem ab illo detrahes, & reſiduum reſeruandū eſt pro tēpore reuolutionis: quod an ſit eiuſdem diei radicis,an verò ſequētis ex Ephemeridū inſpectione ediſces: & ſupputatis inde ad tempus inuentū locis planetarū, ac figura cœleſti,vt moris eſt,erecta reuolutionem conſtitueris. Hoc tamen obſeruato,vt ſi Sol non fuerit in initio alicuius ſigni,ſed aliquot gradus in eodem proceſſerit,tunc quidem,vt exacta fiat operatio, ingredieris Tabulā ſuperius memoratam cū initio illius ſigni, quod Sol obtinet, & obſeruata differentia horarum & minutorum,quę ad ſequens ſignū excreſcit,accipies partē proportionalē,vt moris eſt, pro gradibus Solis; quam vbi adieceris primo numero cū principio ſigni Solis obſeruato,exactum temporis momentum pro reuolutione adeptus fueris.

Subſeruiet autem dicta Tabella abſque graui errore tum pro ſæculo præterito, tum etiam pro tēpore venturo, ab anno ſcilicet 1500. vſque ad annum 1700.vt ipſe Tycho affirmat.

Sed hanc Tabellam Deo volente,in noſtris Ephemeridibus iam ſub prælo verſantibus,pro commodiore vſu reponemus.

CAPVT XII.

De qualitate, & effectibus reuolutionum annuarum, quoad vitam nati, ac valetudinem.

CONSTRVCTA reditus Solis ſeu annuæ reuolutionis figura perpendenda erit diligenter & cum radice conferenda,necnon & cū directionibus & progreſſionibus annuis,vt exactius iudicium de vita & valetudine nati ferri queat; quod vt ritè fiat,hæc imprimis obſeruanda ſunt.

Primùm in genere obſeruetur luminarium ſtatus; an ſcilicet illa à maleficis ſtellis commaculata ſint abſque beneficarū auxilio,nā tunc infœlicē obnunciant annum,dū tamen Luna ingreſſa non fuerit in locum,quē beneficus Planeta in radice corpore vel ſalutari radio occupabat: neque etiā benefica tranſitū fecerit per ipſiuſmet Lunæ locum radicalē, ſi quidem tunc cenſetur valdè mala illa luminariū ſignificatio.Quod ſi luminaria ipſa fuerint à maleficis libera,& beneficis ſtellis configurata,tunc optimā decernunt nati valetudinē ac tranquillitatē,dūmodo non adſint alia infortunia,vel ex ingreſſu maleficorum in loca luminariū radicalia,vel ex ingreſſu luminarium in loca radicalia ipſo-

ipſorum maleficorum. Enimuerò malum eſt, maleficū aliquem in reuolutione occupare locum Lunæ radicalem, vel illum ex diametro, tetragono, vel antiſcio lædere; ſic Lunam ipſam in reuolutione inueniri in loco, quē maleficus corpore, vel radio noxio, vel antiſcio in radice obtinebat. De Sole autem, cuius reſpectu fiunt reuolutiones, inconfeſso eſt, quod dum affligitur à malefico in reuolutione, neceſſario dictus maleficus vel corpore vel quadrato, vel oppoſito locum Solis impugnabit.

Secundò aſpiciendum eſt, quomodo ſe habeat dominus horoſcopi radicis in figura reuolutionis, nec non etiam dominus horoſcopi ipſiuſmet reuolutionis, an ſcilicet vnus & idem planeta, & is beneficus, vtriq; horoſcopo præſit ac dominetur, an verò duo. Quod ſi duo, optimum erit ambos ſocietate aliqua vel ratione ſigni, vel irradiationis coniungi. Præterea, ſi ijdem ponatur in locis figuræ laudabilibus, hoc eſt in angulis (præterquam in ſeptima) vel etiam in alijs domibus conuenientibus optimè ſe habebunt, præſertim ſi fuerint dignificati, & à maleficis liberi. Quod ſi ſextam, ſeptimam, octauam, vel duodecimam poſſederint, ſignificabunt vel malas valetudines, vel anguſtias, & tribulationes, tum verò maximè ſi etiam alia acceſſerint infortunia, & ſi domus illa, quam obtinent, ab initio naſcēdi, fuerit malè affecta. Horoſcopus autem reuolutionis conueniens erit, ſi fuerit è ſignis in bono figuræ radicis loco collocatis, & bene affectis; diſconueniens verò ſi fuerit ſignum ſextæ, ſeptimæ, octauæ, vel duodecimæ domus radicis, & ſi eadem domus infortunium aliunde ſentiat. Quod ſi fuerit idem horoſcopus reuolutionis cum illo radicis, aliquid promiſſum in genitura eueniet, & longè maius ac certius, ſi etiam Luna reuerſa fuerit ad locum natalitium, vel ſi dominus horoſcopi radicis aliqua ratione in reditu annuo configurabitur cum loco eiuſdem radicali.

Tertiò conſulendus eſt dominus anni, qui erit ſemper diſpoſitor ſigni annuæ profectionis, ad quod horoſcopus ad initiū illius anni pertingit. Hic autem ſi fuerit fortunatus, & in bono figuræ reuolutionis loco poſitus, necnō etiam in radice fœlix, teſtimonium præbebit proſperitatis nati ac bonæ valetudinis. Contra verò ſi fuerit maleficus, & in vtroq; cœli themate malè collocatus, patietur natus aduerſa pro magnitudine vel paucitate infortunij. Incipit autem dominus anni vires & ius ſuum exercere, quando progreſſio annua pertingit ad initium ſigni illius, cui ipſe dominatur, quod fit vt dominium non ad anni principium, ſed nunc tardius, nunc citius immutetur; dum tamē horoſcopus non fuerit in initio alicuius ſigni. Conducit autem ad ſtatum meliorem, ſi dominus horoſcopi radicis ſimul euadat anni dominus; & optima erit conditio, ſi idem in horoſcopo reuolutionis imperium teneat, & in conueniente Cœli loco ſtatuatur.

gregatum exceſſerit vigintiquattuor horas,totidem ab illo detrahes, & reſiduum reſeruandũ eſt pro tẽpore reuolutionis: quod an ſit eiuſdem diei radicis,an verò ſequẽtis ex Ephemeridũ inſpectione edifces: & ſupputatis inde ad tempus inuentũ locis planetarũ, ac figura cœleſti,vt moris eſt,erecta reuolutionem conſtitueris. Hoc tamen obſeruato,vt ſi Sol non fuerit in initio alicuius ſigni,ſed aliquot gradus in eodem proceſſerit,tunc quidem,vt exacta fiat operatio, ingredieris Tabulã ſuperius memoratam cũ initio illius ſigni, quod Sol obtinet, & obſeruata differentia horarum & minutorum,quę ad ſequens ſignũ excreſcit,accipies partẽ proportionalẽ,vt moris eſt, pro gradibus Solis; quam vbi adieceris primo numero cũ principio ſigni Solis obſeruato,exactum temporis momentum pro reuolutione adeptus fueris.

Subſeruiet autem dicta Tabella abſque graui errore tum pro ſæculo præterito, tum etiam pro tẽpore venturo, ab anno ſcilicet 1500. vſque ad annum 1700.vt ipſe Tycho affirmat.

Sed hanc Tabellam Deo volente,in noſtris Ephemeridibus iam ſub prælo verſantibus,pro commodiore vſu reponemus.

CAPVT XII.

De qualitate, & effectibus reuolutionum annuarum, quoad vitam nati, ac valetudinem.

CONSTRVCTA reditus Solis ſeu annuæ reuolutionis figura perpendenda erit diligenter & cum radice conferenda,necnon & cũ directionibus & progreſſionibus annuis,vt exactius iudicium de vita & valetudine nati ferri queat; quod vt ritè fiat,hæc imprimis obſeruanda ſunt.

Primùm in genere obſeruetur luminarium ſtatus; an ſcilicet illa à maleficis ſtellis commaculata ſint abſque beneficarũ auxilio,nã tunc infœlicẽ obnunciant annum,dũ tamen Luna ingreſſa non fuerit in locum,quẽ beneficus Planeta in radice corpore vel ſalutari radio occupabat: neque etiã benefica tranſitũ fecerit per ipſiuſmet Lunæ locum radicalẽ, ſi quidem tunc leniet valdè mala illa luminariũ ſignificatio. Quod ſi luminaria ipſa fuerint à maleficis libera, & beneficis ſtellis configurata, tunc optimã decernunt nati valetudinẽ ac tranquillitatẽ,dũmodo non adſint alia infortunia,vel ex ingreſſu maleficorum in loca luminariũ radicalia,vel ex ingreſſu luminarium in loca radicalia ipſo-

ipſorum maleficorum. Enimuerò malum eſt, maleficũ aliquem in reuolutione occupare locum Lunæ radicalem, vel illum ex diametro, tetragono, vel antiſcio lædere; ſic Lunam ipſam in reuolutione inueniri in loco, quẽ maleficus corpore, vel radio noxio, vel antiſcio in radice obtinebat. De Sole autem, cuius reſpectu fiunt reuolutiones, in confeſso eſt, quod dum affligitur à malefico in reuolutione, neceſſario dictus maleficus vel corpore vel quadrato, vel oppoſito locum Solis impugnabit.

Secundò aſpiciendum eſt, quomodo ſe habeat dominus horoſcopi radicis in figura reuolutionis, nec non etiam dominus horoſcopi ipſiuſmet reuolutionis, an ſcilicet vnus & idem planeta, & is beneficus, vtriq; horoſcopo præſit ac dominetur, an verò duo. Quod ſi duo, optimum erit, ambos ſocietate aliqua vel ratione ſigni, vel irradiationis coniungi. Præterea, ſi ijdem ponatur in locis figuræ laudabilibus, hoc eſt in angulis (præterquam in ſeptima) vel etiam in alijs domibus conuenientibus optimè ſe habebunt, præſertim ſi fuerint dignificati, & à maleficis liberi. Quod ſi ſextam, ſeptimam, octauam, vel duodecimam poſſederint, ſignificabunt vel malas valetudines, vel anguſtias, & tribulationes, tum verò maximè ſi etiam alia acceſſerint infortunia, & ſi domus illa, quam obtinent, ab initio naſcẽdi, fuerit malè affecta. Horoſcopus autem reuolutionis conueniens erit, ſi fuerit è ſignis in bono figuræ radicis loco collocatis, & bene affectis; diſconueniens verò ſi fuerit ſignum ſextæ, ſeptimæ, octauæ, vel duodecimæ domus radicis, & ſi eadem domus infortunium aliunde ſentiat. Quod ſi fuerit idem horoſcopus reuolutionis cum illo radicis, aliquid promiſſum in genitura eueniet, & longè maius ac certius, ſi etiam Luna reuerſa fuerit ad locum natalitium, vel ſi dominus horoſcopi radicis aliqua ratione in reditu annuo configurabitur cum loco eiuſdem radicali.

Tertiò conſulendus eſt dominus anni, qui erit ſemper diſpoſitor ſigni annuæ profectionis, ad quod horoſcopus ad initiũ illius anni pertingit. Hic autem ſi fuerit fortunatus, & in bono figuræ reuolutionis loco poſitus, necnõ etiam in radice fœlix, teſtimonium præbebit proſperitatis nati ac bonæ valetudinis, Contra verò ſi fuerit maleficus, & in vtroq; cœli themate malè collocatus, patietur natus aduerſa pro magnitudine vel paucitate infortunij. Incipit autem dominus anni vires & ius ſuum exercere, quando progreſſio annua pertingit ad initium ſigni illius, cui ipſe dominatur, quod fit vt dominium non ad anni principium, ſed nunc tardius, nunc citius immutetur; dum tamẽ horoſcopus non fuerit in initio alicuius ſigni. Conducit autem ad ſtatum meliorem, ſi dominus horoſcopi radicis ſimul euadat anni dominus; & optima erit conditio, ſi idem in horoſcopo reuolutionis imperium teneat, & in conueniente Cœli loco ſtatuatur.

gregatum exceſſerit vigintiquattuor horas, totidem ab illo detrahes, & reſiduum reſeruandũ eſt pro tẽpore reuolutionis: quod an ſit eiuſdem diei radicis, an verò ſequẽtis ex Ephemeridũ inſpectione ediſces: & ſupputatis inde ad tempus inuentũ locis planetarũ, ac figura cœleſti, vt moris eſt, erecta reuolutionem conſtitueris. Hoc tamen obſeruato, vt ſi Sol non fuerit in initio alicuius ſigni, ſed aliquot gradus in eodem proceſſerit, tunc quidem, vt exacta fiat operatio, ingredieris Tabulã ſuperius memoratam cũ initio illius ſigni, quod Sol obtinet, & obſeruata differentia horarum & minutorum, quę ad ſequens ſignũ excreſcit, accipies partẽ proportionalẽ, vt moris eſt, pro gradibus Solis; quam vbi adieceris primo numero cũ principio ſigni Solis obſeruato, exactum temporis momentum pro reuolutione adeptus fueris.

Subſeruiet autem dicta Tabella abſque graui errore tum pro ſæculo præterito, tum etiam pro tẽpore venturo, ab anno ſcilicet 1500. vſque ad annum 1700. vt ipſe Tycho affirmat.

Sed hanc Tabellam Deo volente, in noſtris Ephemeridibus iam ſub prælo verſantibus, pro commodiore vſu reponemus.

CAPVT XII.

De qualitate, & effectibus reuolutionum annuarum, quoad vitam nati, ac valetudinem.

Constructa reditus Solis ſeu annuæ reuolutionis figura perpendenda erit diligenter & cum radice conferenda, necnon & cũ directionibus & progreſſionibus annuis, vt exactius iudicium de vita & valetudine nati ferri queat; quod vt ritè fiat, hæc imprimis obſeruanda ſunt.

Primùm in genere obſeruetur luminarium ſtatus; an ſcilicet illa à maleficis ſtellis commaculata ſint abſque beneficarũ auxilio, nã tunc infœlicẽ obnunciant annum, dũ tamen Luna ingreſſa non fuerit in locum, quẽ beneficus Planeta in radice corpore vel ſalutari radio occupabat: neque etiã benefica tranſitũ fecerit per ipſiuſmet Lunæ locum radicalẽ, ſi quidem tunc lenietur valdè mala illa luminariũ ſignificatio. Quod ſi luminaria ipſa fuerint à maleficis libera, & beneficis ſtellis configurata, tunc optimã decernunt nati valetudinẽ ac tranquillitatẽ, dũmodo non adſint alia infortunia, vel ex ingreſſu maleficorum in loca luminariũ radicalia, vel ex ingreſſu luminarium in loca radicalia ipſo-

ipſorum maleficorum. Enimuerò malum eſt, maleficũ aliquem in reuolutione occupare locum Lunæ radicalem, vel illum ex diametro, tetragono, vel antiſcio lædere; ſic Lunam ipſam in reuolutione inueniri in loco, quẽ maleficus corpore, vel radio noxio, vel antiſcio in radice obtinebat. De Sole autem, cuius reſpectu fiunt reuolutiones, in confeſſo eſt, quod dum affligitur à malefico in reuolutione, neceſſario dictus maleficus vel corpore vel quadrato, vel oppoſito locum Solis impugnabit.

Secundò aſpiciendum eſt, quomodo ſe habeat dominus horoſcopi radicis in figura reuolutionis, nec non etiam dominus horoſcopi ipſiuſmet reuolutionis, an ſcilicet vnus & idem planeta, & is beneficus, vtrique horoſcopo præſit ac dominetur, an verò duo. Quod ſi duo, optimum erit ambos ſocietate aliqua vel ratione ſigni, vel irradiationis coniungi. Præterea, ſi ijdem ponatur in locis figuræ laudabilibus, hoc eſt in angulis (præterquam in ſeptima) vel etiam in alijs domibus conuenientibus optimè ſe habebunt, præſertim ſi fuerint dignificati, & à maleficis liberi. Quod ſi ſextam, ſeptimam, octauam, vel duodecimam poſſederint, ſignificabunt vel malas valetudines, vel anguſtias, & tribulationes, tum verò maximè ſi etiam alia acceſſerint infortunia, & ſi domus illa, quam obtinent, ab initio naſcẽdi, fuerit malè affecta. Horoſcopus autem reuolutionis conueniens erit, ſi fuerit è ſignis in bono figuræ radicis loco collocatis, & bene affectis; diſconueniens verò ſi fuerit ſignum ſextæ, ſeptimæ, octauæ, vel duodecimæ domus radicis, & ſi eadem domus infortunium aliunde ſentiat. Quod ſi fuerit idem horoſcopus reuolutionis cum illo radicis, aliquid promiſſum in genitura eueniet, & longè maius ac certius, ſi etiam Luna reuerſa fuerit ad locum natalitium, vel ſi dominus horoſcopi radicis aliqua ratione in reditu annuo configurabitur cum loco eiuſdem radicali.

Tertiò conſulendus eſt dominus anni, qui erit ſemper diſpoſitor ſigni annuæ profectionis, ad quod horoſcopus ad initiũ illius anni pertingit. Hic autem ſi fuerit fortunatus, & in bono figuræ reuolutionis loco poſitus, necnõ etiam in radice fœlix, teſtimonium præbebit proſperitatis nati ac bonæ valetudinis. Contra verò ſi fuerit maleficus, & in vtroq; cœli themate malè collocatus, patietur natus aduerſa pro magnitudine vel paucitate infortunij. Incipit autem dominus anni vires & ius ſuum exercere, quando progreſſio annua pertingit ad initium ſigni illius, cui ipſe dominatur, quod fit vt dominium non ad anni principium, ſed nunc tardius, nunc citius immutetur; dum tamẽ horoſcopus non fuerit in initio alicuius ſigni. Conducit autem ad ſtatum meliorem, ſi dominus horoſcopi radicis ſimul euadat anni dominus; & optima erit conditio, ſi idem in horoſcopo reuolutionis imperium teneat, & in conueniente Cœli loco ſtatuatur.

rius à gradario leuiore; & ſimiliter poſſe gradarium occurſum interdum aſſumere vires, & permutari in peremptorium ſimpliciter iiſdem de cauſſis.

CAPVT X.

De colligendo tempore ægritudinum vel mortis ex directionibus infauſtis.

TEMPORIS quantitas ſeu annorum numerus, quo interemptor quicunque obuiam fit vitæ prorogatori, ſumitur ex interuallo vtriuſque, penes æquinoctialis tẽpora inter vtrumque interiecta ſecundũ Sphæræ aſcenſiones, iuxta ſitum ſeu eleuationem poli ſupra circulum poſitionis ipſiuſmet prorogatoris. Quæ res quoniã ſatis prolixè à nobis eſt pertractata in Directionum Tabulis, non amplius hic de eadem verba faciemus; ſed ſtudioſos eò remittimus, vt directionum doctrinam, quæ præcipuum totius Aſtrologiæ fundamentũ eſt, nauiter ac ſedulò addiſcat. Quantum autem temporis correſpondeat ſingulo gradui Aequatoris, id etiã in dictis Tabulis Canone 49. definiuimus, ſed cum poſt illud temporis, quo Tabulæ noſtræ Directionum euulgatæ ſunt, Sereniſſimus ac optimus Mantuæ ac Montisferratis Dux VINCENTIVS GONZAGA, inter Principes Italiæ liberali munificentia ac ſplendore erga liberales artes, & præcellentes animi dotes, ac ſumma quæque ingenia, comprimis conſpicuus, cuius tot in me extant ſingularis munificentiæ beneficia, vt quacunque ratione grati animi officiũ, imò iuſtiſſimũ obſequium declarare pro virili nunquã ſim deſtitutus, cum, inquã, is clemẽtiſſimè ac humaniſſimè mihi indulſerit, vt doctiſſimũ Valentini Naibodæ Erphodienſis, Mathematici, & Aſtrologi longè eruditiſſimi opus, quod manuſcriptũ Dux ipſe theſauri inſtar poſſidet, diligentius, per ſummũ otium domi meæ euoluerem; non parum gauiſus ſum, vbi ex mente dicti auctoris, naturalem dirigendi modũ, ſecundũ Ptolemæũ, penes circulos poſitionũ inſtituendũ eſſe (id quod meæ ſententiæ, quã ſuper hac re in dictis Directionũ Tabulis euulgaui, conſonũ eſt) nõ autẽ per horaria tẽpora, vt Cardanus, Stadius, aliįque nonnulli hactenus fecere animaduerti. Atque cũ idem Naiboda in opere ſupradicto probare conetur temporis menſurã in directionibus eſſe de mente Ptolemæi iuxta medij motus diurni Solis quantitatẽ, ideò rem longè gratiſſimã ſtudioſis facturum me ſum arbitratus, ſi à Sereniſſimo Duce exorarem, vt quæ

eius

eius eſt humanitas & erga liberales artes beneuolentia benignè mihi concederet, vt integram Naibodæ de hiſce duabus controuerſijs diſputationem, ſub finē huiuſce tractatus adiungerem & publici iuris facerē. Quod cùm facilè à Principe erga noſtra ſtudia optimè affecto exoraſſem, nō dubito, quin eidē in acceptis relaturi ſint ſtudioſi, quicquid ex hac Naibodæ opinione vtilitatis ſunt percepturi.

CAPVT XI.

De reuolutionibus annuis rectè hoc ſæculo inſtituendis.

QVONIAM ſuperius Capite nono de annuo Solis reditu, ſeu reuolutione tāquàm ſummè neceſſaria, & cū directionibus coniungenda, vt quæ earūdem effectus vel aggrauet, vel leniat, mentionem fecimus, non ab re fore iudicamus ea de re nunc ex inſtituto diſſerere. Eſt autem reuolutio annua, Solis ad epocham ſeu locum ſuum, quem ab initio naſcendi obtinuerat, reuerſio, idque ad certum tēporis momentum, quod ex recentiſſimo præſtantiſſimi ac nobiliſſimi Tychonis Brahe calculo, qui palmam in hoc genere obtinet, docebimus inueſtigare. Enimuerò quàm aliàs tradidimus Copernici rationem, hanc erroneam eſſe in Progymnaſmatū primo Tomo Tycho ipſe cum fundamento demonſtrauit. Cæterū magnifaciendā eſſe Solis ad natalitium locū reuolutionē, quotidiana docet experiētia, & Ptolemęus in fine Capiti vndecimi ſui Quadripartiti admonet. Arabes autem, alijque Aſtrologi præteritorū temporum, tantum tribuebant reuolutionibus, vt non dubitarint integra de illis volumina conſcribere; quorum tamen plerique omnes multa profana ac ſuperſtitioſa huic arti immiſcuere, à quibus eandem pro virili, quantum ad Medicinam attinet vindicare ſtatuimus. Scripſerunt autem antea de reuolutionibus Hermes, Abenragel, Bonatus, Albumaſſar, Gauricus, Iunctinus, Bonincontrius alijque.

Conſtructurus itaque reuolutionem alicuius anni recurre ad Tabellam primam Reuolutionū Solis poſitam in primo Progymnaſmatū Tychonis tomo, pagina 108. in quam ingredere cum annis completis, ad quos reuolutionem deſideras, vel ſimplici vel duplici ingreſſu, ſub ſigno conueniente, & colliges horas & minuta, quæ ſemper addenda ſunt horis ac minutis à meridie numeratis in radice, vt proueniat momentum temporis, quo Sol ad ſuum initium reſtituitur, Quòd ſi ag-

ipſorum maleficorum. Enimuerò malum eſt, maleficū aliquem in reuolutione occupare locum Lunæ radicalem, vel illum ex diametro, tetragono, vel antiſcio lædere; ſic Lunam ipſam in reuolutione inueniri in loco, quē maleficus corpore, vel radio noxio, vel antiſcio in radice obtinebat. De Sole autem, cuius reſpectu fiunt reuolutiones, in confeſso eſt, quod dum affligitur à malefico in reuolutione, neceſſario dictus maleficus vel corpore vel quadrato, vel oppoſito locum Solis impugnabit.

Secundò aſpiciendum eſt, quomodo ſe habeat dominus horoſcopi radicis in figura reuolutionis, nec non etiam dominus horoſcopi ipſiuſmet reuolutionis, an ſcilicet vnus & idem planeta, & is beneficus, vtrique horoſcopo præſit ac dominetur, an verò duo. Quod ſi duo, optimum erit ambos ſocietate aliqua vel ratione ſigni, vel irradiationis coniungi. Præterea, ſi ijdem ponatur in locis figuræ laudabilibus, hoc eſt in angulis (præterquam in ſeptima) vel etiam in alijs domibus conuenientibus optimè ſe habebunt, præſertim ſi fuerint dignificati, & à maleficis liberi. Quod ſi ſextam, ſeptimam, octauam, vel duodecimam poſſederint, ſignificabunt vel malas valetudines, vel anguſtias, & tribulationes, tum verò maximè ſi etiam alia acceſſerint infortunia, & ſi domus illa, quam obtinent, ab initio naſcēdi, fuerit malè affecta. Horoſcopus autem reuolutionis conueniens erit, ſi fuerit è ſignis in bono figuræ radicis loco collocatis, & bene affectis; diſconueniens verò ſi fuerit ſignum ſextæ, ſeptimæ, octauæ, vel duodecimæ domus radicis, & ſi eadem domus infortunium aliunde ſentiat. Quod ſi fuerit idem horoſcopus reuolutionis cum illo radicis, aliquid promiſſum in genitura eueniet, & longè maius ac certius, ſi etiam Luna reuerſa fuerit ad locum natalitium, vel ſi dominus horoſcopi radicis aliqua ratione in reditu annuo configurabitur cum loco eiuſdem radicali.

Tertiò conſulendus eſt dominus anni, qui erit ſemper diſpoſitor ſigni annuæ profectionis, ad quod horoſcopus ad initiū illius anni pertingit. Hic autem ſi fuerit fortunatus, & in bono figuræ reuolutionis loco poſitus, necnō etiam in radice fœlix, teſtimonium præbebit proſperitatis nati ac bonæ valetudinis. Contra verò ſi fuerit maleficus, & in vtroq; cœli themate malè collocatus, patietur natus aduerſa pro magnitudine vel paucitate infortunij. Incipit autem dominus anni vires & ius ſuum exercere, quando progreſſio annua pertingit ad initium ſigni illius, cui ipſe dominatur, quod fit vt dominium non ad anni principium, ſed nunc tardius, nunc citius immutetur; dum tamē horoſcopus non fuerit in initio alicuius ſigni. Conducit autem ad ſtatum meliorem, ſi dominus horoſcopi radicis ſimul euadat anni dominus; & optima erit conditio, ſi idem in horoſcopo reuolutionis imperium teneat, & in conueniente Cœli loco ſtatuatur.

Quartò perpendenda eſt figura reuolutionis in genere perinde ac ſi foret aliqua geneſis: ſignificant enim aliquid planetæ in figura reuolutionis, reſpectu domorũ, in quas incidunt, licet debilius ac leuius, quàm in radice, & non niſi pro illo anno, & in cõparatione ad radicẽ: vt exempli gratia ſi in ſextã domũ reuolutionis inciderint malefici, ægritudines quidem ſed leues indicant, dũmodo adſit in radice ſignificatũ, & ſic de alijs. Planeta namque in reuolutione augere vel imminuere poteſt ſignificata radicis, auertere autem nequaquã. Vnde ſi contrarium aliquid & alienũ à radice ſignificauerit, vmbram potius ſuæ ſignificationis, quàm effectum producit. Benefici autẽ angulares in annuo reditu ac fortes proſperitatem ac bonã valetudinem nati indicant, cæteris non repugnantibus: infortunæ verò ita poſitæ, & maximè in horoſcopo malum, ſeu ægritudinem obnunciant, pro natura ſigni, quod poſſederint, & pro ſignificato in radice.

Cardanus affirmat, omnem reuolutionem, in qua planetæ ſunt contrario modo diſpoſiti ſtatui radicis, etiamſi bene diſponantur, malam eſſe, & periculũ ingens denotare, vt ſi in genitura planetæ omnes ſint ſub terra, & in reuolutione inciderint ſupra terrã vel contrà: ſic ſi in radice omnes planetæ fuerint cadentes à domibus, & in reuolutione in ſuis domibus; nec non ſi fuerint in geneſi planetæ omnes retrogradi, in reuolutione verò directi, & contra. Deterioris autem erit conditionis hæc permutatio, ſi conſtellatio bona radicis in malã & infœlicem reuolutionis conuertetur.

Verùm ſi reuolutio fuerit abſolutè ſimilis radici, bona erit vt plurimum, & tunc magni aliquid, à genitura antea promiſſum erit expectandum.

Quintò per Canonẽ 50. noſtrarum Tabularum Directionũ elicies in genitura Zodiaci partes illas ad quas ſinguli ſignificatores vitæ anno illo, cuius reuolutionẽ perpendis, peruenerint: & per Canonẽ 53. addiſces ſigna, ad quæ eorundẽ ſignificatorũ annuæ progreſſiones fuerint deuolutæ. Deinde videndũ eſt, vtrũ in partibus illis per directionem ſumptis, ſint vel corpora, vel radij quicunq; tum beneficorũ tum maleficorũ; quorum radiorum auctores, hoc eſt natura illorum ac vires diligenter ſunt examinandæ, necnon & finiũ, in quos directio incidit, dominatores ſunt perpendendi: & horũ omnium ſignificationes cum progreſſionibus iã dictis, & cum figura ipſius reuolutionis conferendæ. Enimuerò planeta ille, ad cuius corpus vel radios ſignificatoris peruenit directio, chronocator generalis & præcipuus dicitur; dominus autẽ terminorum ſeu finium ipſius directionis, particeps dominij appellatur: & horũ duorum natura qualitatẽ ipſius directionis, malanè ſit an fœlix, declarabit. Efficacia autẽ eiuſdem ex robore vel debilitate ſignificatoris vitæ & promiſſoris ſeu radiorum domini col-

ligitur

ligitur. Atque cum ſignificator fortis eſt ac robuſtus, promiſſor verò debilis & inualidus, minus nocet mala directio; at ſignificatore exiſtēte debili, ac promiſſore malo ac valido, praua erit directio, & ad labefactandas natiuires efficaciſſima. Porrò præcipua directionis vis ac robur illo anno maximè, in quē exactè incidit, natum occupat ac maximè viget; impreſſio autē per directionem facta tantiſper perdurat, quouſque planetæ illius, qui promiſſoris officio fungitur, meta orbis extenditur, dummodo intra eaſdem metas non ſucceſſerit promiſſor alius priori ſignificationem derogans.

In genere autē Martis effectus validi ac potentes breuiores ſunt, ſolent enim eodem anno, quo ſignificator ad corpus vel radios eiuſdem fertur, terminari: verùm infortunia à Saturno illata diuturniora ſūt, & ad annos aliquot producuntur. Quamobrem ſi generalis chronocrator, & collega eiuſdē ſeu finium dominus illo anno, quo fit reuolutio, fuerint benefici, bene diſpoſiti, & nulla ex parte ab infortunijs ſupra nominatis infœlices, proſper erit annus ille & natus optima fruetur valetudine: at ſi ijdem fuerint malefici & infortunati, contrarium eueniet. Tum cum his conferantur profectiones, quæ ſi bonæ ſint directiones fœlices promouent & adiuuant, infœlices verò ac malas debilitant & aliquo modo labefactant: at ſi malæ ſint directiones bonas contaminant, malas autē peiores ac pernicioſiores reddunt, quibus ſi acceſſerint aliqua ex infortunijs ſupra memoratis, virus augent, & ad nocendum potentiores euadunt: ſiquidem videmus indies directiones ipſas per ſe minus eſſe validas ac potentes, niſi à progreſſionibus annuis & tranſitibus planetarum adiuuentur; progreſſiones verò & tranſitus ſine directionibus parum poſſe, & futiles ac vmbratiles quodammodo effectus producere. Cæterùm ſi in reuolutione illius anni, in quē exacta cadit directio, ſignificator ad locum promiſſoris, vel hic ad locū illius redierit, promiſſor autē ipſe ſeu ſignificator vel corpore, vel radio aliquo ibidem præſens fuerit, effectus vtriuſque, directionis ſcilicet, & reuolutionis erit efficaciſſimus.

Sexto conſidera planetas, qui vel corpore vel radijs per loca illa Zodiaci, ad quæ directiones vel progreſſiones ſignificatorū vitæ illo anno pertigerint, diſcurrūt: qui ſi fuerint benefici bonam indicant illo anno valetudinem, ſi malefici aduerſam. Validiores autem ſunt tranſitus per loca directionum, quàm per loca progreſſionum annuarum. Porrò tranſitus etiā ipſi extra reuolutionis initia aliquid, licet minus operantur: quippe ſi planetæ benefici per horoſcopi aut ſignificatorū vitæ loca trāſierint, fauſtus erit trāſitus, ſi malefici infauſtus. Sic et in reuolutione tranſitus dn̄s aſcēdentis ſuper loca genituræ malefica, malus eſt; ſuper benefica bonus; tū verò maximè, ſi locus iſte hoc eſt planeta maleficus vel bn̄ficus in reuolutione progatiuā aliq̄ obtinuerit.

Iam verò tranſitus mali in ſpecie coniungendi ſunt directionibus pro inueniendo menſe ac die, quam proximè futuri mali vel ægritudinis. Occurrente enim directione aliqua infœlici, diligenter examinandi ſunt mali planetarum tranſitus illius anni, atque eorum maximè, qui ad directionem ipſam pertinent. Addunt autē nonnulli profectiones etiam menſurnas & diurnas, quæ cùm directione aliqua coueniūt: de quibus nos in Directionum Tabulis egimus. Sed hac in re ſummo iudicio eſt opus, quod in anno quocunque plures cōtingant infauſti tranſitus, qui directionem ipſam poſſunt deprauare.

Septimò ſi progreſſio horoſcopi, vel Solis vel Lunæ peruenerit ad locum, quem maleficus quiſpiam in radice per pręſentiam vel hoſtilem radium infeſtauit; atque ipſe maleficus in reuolutione eundem locū malignè reſpexerit, indicium eſt ægritudinis vel anguſtiæ animi, ſeu alterius periculi, pro natura ipſius malefici.

Octauò & vltimò Eclipſis vel cometes, quæ vel in annuæ reuolutionis initio, vel poſt contigerit, ſuper gradum Solis proximè, vel Lunæ, vel horoſcopi, mala eſt & nonnunquam lethalis, & ad mortem inferendam ſufficiens, pręſertim ſi luminare offenſum hylegialem potentiam, hoc eſt vitæ dominium obtinuerit. Sed & idem eueniet, ſi cometes vel eclipſis acciderit in loco directionis cuiuſcunque vitæ ſignificatoris: aiuntque alij malum etiam eſſe, ſi occurrerit in horoſcopo reuolutionis, vel in loco Lunæ eiuſdem.

CAPVT XIII.

De conijcienda qualitate ægritudinis vel mortis ex mala directione.

SVPRA Capite octauo receſuimus complures aneretas, qui vel ad inferendas ægritudines, vel ad vitam terminandam ſunt idonei: ſed de qualitate ægritudinum ab anæretis illis prodeuntium, & de mortis cauſa nihil egimus, idq; eo conſilio, vt ea pręmitteremus, quę ad ſequentium maiorem intelligentiam facerent. Vt igitur iam cognoſcamus, cuius ſpeciei ſint ægritudines ac mala quæ ab vnaquaque directione proueniunt, conſulendus erit locus, vbi fit occurſus, id eſt ipſe promiſſor: qui vel erit corpus vel radius alicuius planetæ, vel antiſcium: & hic quidem planeta principalis ægritudinis vel mortis author exiſtet: cui ſi alius vel corpore, vel radio proximè ſucceſſerit, is etiam pro qualitate mortis vel ægritudinis decernenda erit aſſumendus, ita tamen vt ſummum imperium

hac in re primario auctori, ſeu promiſſori concedamus. Quin immò omnis Planeta, qui ſuperioribus aliquo pacto configuratur, & finium loci directionis dominus eſt, variandæ qualitatis ægritudinis vel mortis facultatem non contemnendam habet. Horum itaque omnium proprietates adinuicem commiſcere & contemperare conuenit, coniungendo etiam naturam loci ſeu ſigni, vbi cadit directio, & propriā ſignificationem, quam ſortiuntur Planetæ in radice tum reſpectu loci figuræ, tum reſpectu ſigni in quo verſatur; quorum ingenium ediſces ex capite ſuperiore de vitijs & morbis. Verùm enimuerò ſi peremptor ſeu occurſans fuerit proprius ipſiuſmet aphætæ quadratus, tunc pro conditione mortis ſeu ægritudinis definienda accipiemus illos Planetas, qui poſt illum aſpectum quàm proxime vel corpore vel radijs ſuccedunt, & qui finibus, in quos aphætæ aſpectus incidit, prædominantur. Nunc autem ſimplices idiotropias, ſeu ſignificationes ſingulorum Planetarum, ex Ptolemæo, Cardano, Naiboda, Ferrerio, alijſque recenſebimus; quę licet in ſingularibus rarò comperiantur, attamen ad certam ſpeciem ſeu formam particularem, ex aliquot ſimplicium concurſu erumpentem, à ſagaci Medico & Aſtrologo detinendām, plurimum conducunt.

Saturnus ægritudinem vel mortem adfert ex intemperie frigida & materia cruda, ex morbis qui in humorib. melancholicis, & humiditatib. æquoſis fundantur, & cum ſplene & matrice, & omnib. alijs cauitatib. retentioni deſtinatis cognationem habent, vt ſunt febres quartanæ, diuturnæ, & quotidianæ, phtiſis, lepra, & omnia cutis vitia à putridis ſalſis & atris humoribus orta, vt ſcirrhus, cancer, ſtrumæ, inueterata malignaque vlcera, alopecia & ophiaſis, ſurditas, diuturna ſpirandi difficultas, canina appetentia, hepatis & lienis obſtructio, cachexia, hydrops, colicus affectus à flatibus vel pituita, hæmorrhoidum dolores, veſicæ calculus, hernia, vteri durities & ſuffocatio, mola, podagra, chiragra, & iſchias ex frigidis humoribus, varices, & quicunque morbi ex craſſis & melancholicis ſuccis aut flatibus, vel ex immoderata corrumpenteque copiā frigoris generati longiore tempore perdurant.

Iupiter facit morbos, qui cū alterato excretoq; ſpiritu rem habēt, vt ſunt aſthma, fętor oris, angina, pleuritis, peripneumonia, cōuulſio, apoplexia ex plenitudine, dolores capitis & pectoris ex copioſo ſāguine, febres ſynochæ nō putridæ, diariæ oēs febres, columellæ inflammationes, ſingultus, ac inſuper interiores oēs ac exteriores ex ſanguine tumores, & morbi ex copioſi ſanguinis & ſpiritus corruptione exorti.

Mars facit ægritudines vel obitus per plagas, per ſanguinis exſpuitiones, per hæmorrhagias, ſeu ſanguinis per inteſtina, ſedemque fluxiones, per febres tertianas, continuas, & ardentes,

per

per peſtem, & vlcera ardentia, per hemicraniam, capitiſque dolores ex bile: Ac inſuper conueniunt Marti, phreneſis, mania, æmoptois, cholera, icterus, dyſenteria, nephritis, exanthemata, herpetes, eryſipelæ, furunculus, carbunculus, & breuiter omnes morbi, qui ex bile aut torrefacto ſanguine, aut renum affectione, & calidi ſuperfluam & corrũpentem copiam ortum ducunt; & in mulieribus particulariter ſignificat abortiones, & difficiles, infauſtoſque partus.

Soli adſcribuntur calidi defluxus humorum ad oculos, cœcitates, ophtalmiæ, ſincope, cordis palpitatio, cardiaca, febres continuę mitiores, capitiſque dolores ex calido humore vel ſpiritu à Martis feruore declinantes.

Venerei morbi ſunt ex ſuperflua pituita, humiditateque & intemperantia conſurgentes, & qui cum ventriculo & inteſtinis & genitalibus cognationem habent, vt ſunt abſceſſus molles & pallidi, ædemata, ſatyriaſis, priapiſmus, gonorrhæa, imaginaria Venus, concumbendi impotentia, inſania ex amore, morbus gallicus, vlcera quoque molliter ſerpentia & fiſtulæ, potiones venenorum, & denique Medicinę importunè ebibitæ Veneri adſcribuntur.

Mercurius facit morbos, qui cum cerebri ſpiritibus, & neruis, pulmonibus, linguaque cognationem habent, vt ſunt maniæ, ſeu inſaniæ & amentiæ, phræneſes, lethargus, vertigo, caducus, tuſſes ſiccæ & leniter irritantes, multa frequenſque expuitio, balbuties, & alia linguę, ſeu loquelæ impedimenta & vitia: cogitationes horribiles, & inquietudo animi, & quotquot ex ſuperflua & corrupta ſiccitate proueniunt, & quicunque incertis temporibus affligunt & occultam cauſſam habent.

Lunæ tandem, teſte Ferrerio, conueniunt epilepſiæ, podagræ, anthritides, hydrops ex flatibus, aut pituita ſeroſisve humoribus, ſed tamen participante Saturno propter diuturnitatem, ac inſuper apoplexia, paralyſis, lethargus, coma, catochos, catalepſis, ſoporiferæque affectiones, conuulſiones, tremores, chatarri, grauedines, diſtillationesq; omnes, oculorum vitia ex frigidis & humidis cauſis, ſtomachi frigiditas & imbecillitas, diarrhæa, lienteria, lumbrici, luxationes, & quicunque cum frigiditate humiditatem admittunt.

Cæterùm hæ affectiones, Planetis adſcriptæ, non ſunt alienæ ab attributis quattuor anni temporum, quæ ab Hippocrate recenſentur; quæ enim Ptolemæus & Aſtrologi beneficis Ioui & Veneri aſſignant, eadem Hippocrates tribuit tempori Vernali: ſimiliter Martis ac Solis attributa conueniunt morbis per Aeſtatem graſſantibus, Mercurio cum Saturno conueniunt morbi Autumnales, magis tamen Mercurio; Hyemales domum morbi conueniunt Saturno ac Lunæ.

Huius etiam loci eſt ſcire quattuor eſſe mortis genera, quæ Ptole-

mæus Capite 10. Quarti Apoleteſmaticorũ introduxit. Vna eſt mors mitis & naturalis per humidi radicalis conſumptionem,calorisque vitalis defectum in vltimo ſenio, quę rarò hominibus contingit: alia eſt propria naturalis, ſed non mitis, quæ contingit ex morbis ab vtriuſq; temperamenti intemperie ſuſcitatis, qui violentiam quandam internam nato cauſſant, ex qua mors præmaturè, ſeu temporius nato accidit, & huius generis occubitus ſunt ex morbis acutiſſimis, vt eſt pleuritis, angina, peripneumonia, & quicunque alius morbus peſtilens & referuntur etiam huc mulierum abortus, & fœtus mortui.

Hi autem occubitus proprij & naturales accidunt, quotieſcunque potiores mortis auctores qualitatem eiuſdem decernentes fuerint in locis proprijs & domeſticis, adiuti à beneficis ſtellis & eiuſdem ſectæ, & minimè ſuperati à ſectæ contrariæ ſtellis. Tertia & quarta mortis ſpecies, ſunt neces violentæ & crudeles à cauſſa externa illatæ: & harum vna eſt priuata, vt ſi quiſpiam in rixa aliqua occidatur, vel aquis mergatur, vel precipitio vitam finiat: altera eſt publica, vt quando ex condemnatione ſpectante populo capite truncatur, vel ſuſpenditur, vel crematur. Has autem mortes violentas euenire vult Ptolemæus in genere, quando ambo malefici Saturnus & Mars imperant ſeu dominantur loco anaretico, ſeu coniuncti, ſeu quadrangulares, ſeu oppoſiti, vel quando alteruter maleficorum ſeu ambo affligunt alterum, vel vtrumque luminare. Sed non eſt noſtri inſtituti mortis violentæ ſignificationes referre, cuius ſingulæ ſpecies ſeu formæ particulares recenſentur tum à Ptolemæo, tum ab alijs nonnullis. Propoſuimus enim nobis ea tantum ſcribere, quæ ad rem medicam faciunt, & quæ à ſacroſancta Eccleſia Catholica, cui ego in omnibus me ſubijcio, ſcribi poſſe conceduntur.

CAPVT XIV.

De momento temporis, quo quis primum decubuit, diligenter obſeruando.

COMMVNI omnium tum Aſtrologorum, tum Medicorum, qui hanc artem Aſtrologiam dico, præclarè exercent, opinione receptum eſt, conſtruendam eſſe figuram cœleſtem ad morbi cuiuſcunque initium, vt eiuſdem tũ eſſentiam, tum dies critici, tum accidentium varietates, & denique exitus præuideri queant; ſi quidem ex tali cęleſti ſchemate, ſitne ægritudo lethalis vel ad ſalutem terminans, diuturna

turna vel breuis facillimè ratiocinari poſſumus. Sed horam primi inſultus ipſius ęgritudinis exactè inuenire difficillimum eſt, tum verò maximò in febribus, & alijs compluribus morbis: in pleriſque tamen, vt in vertigine, apoplexia, epilepſia, paralyſi, emoragia, pleuritide, & ſimilibus non eſt magni oneris horam morbi præciſam conſequi. In genere autem illud temporis momentum pro morbi initio aſſumendum eſt, quo quis manifeſtam operationum in corpore ſenſerit læſionem, aut cum manifeſtò febricitare incipiens decubuerit. Quod temporis punctum, vt facilius nonnulli aſſequerentur, horam æſtimatam ipſius decubitûs, non aliter quàm ſi foret aliqua geneſis, ſolent rectificare per Animodar, iuxta doctrinam Ptolemæi Capitis ſecundi Apoteleſm. 3. de parte Horoſcopi. Quam ego temporis inueniendi curioſam rationem neque refello, neque approbo, ſed Medicis, quorum illud eſt oneris, experientia approbandum relinquo. Sed aliorum quorundam curioſam ſuperſtitionem maximè redarguendam cenſeo, qui ægritudinis principium ignorantes, ad damnatam quæſtionum ſeu interrogationum artem confugiunt, & figuram cęleſtem interrogationis erigunt ad illud temporis momentum, quo vrina ægri ipſis oblata eſt, aut quo de morbi auxilio ab ægroto conſuluntur; & de hac figura non ſecus iudicium ferunt, quam ſi exactum primi decubitus punctum obtinuiſſent. Atque hæc Arabum quondam & Iudæorum Aſtrologorum fuit amentia, quos neſcio quo conſilio neotherici complures ſectantur, vt Albertus Magnus, Marſilius Ficinus, Villanouanus, Apponenſis, Boderius, alijque. Quinimmo & Augerius Ferrerius peruerſa aliorum opinione induci ſe eſt paſſus, vt crederet tolerandam eſſe hãc doctrinam, dummodo Medicus horam interrogationis non deliberato animo, ſed quaſi interrupto ſortiatur. Scribit enim in hæc verba in libello de diebus decretorijs. Putant Aſtrologi repentinos illos incautoſque animi motus è Cœlo promanare, Cœlumque & ad accerſendum Medicum, & ægrotantis amicos & miniſtros eo modo impellere. Verùm enimuerò nos ſuperſtitiones haſce, apparenti aliqua veritatis vmbra, ſeu ſuperinducto illinimento contectas, omnino repudiandas cenſemus, & rationabilia artis principia tantum retinenda, non minùs enim hanc interrogationum Aſtrologicarum vanitatẽ, quàm Geomantiæ friuolam ſuperſtitionem à bonis omnibus meritò damnatam, explodendam iudicamus.

Constructa itaque ad morbi initium cœleſtis figura diligenter conferenda eſt cum figura natiuitatis ægri, & cũ reuolutione anni illius, in quo natus decubuerit, examinatis prius ſingulorum vitæ ſuſtentatiorum directionibus, progreſſionibus annuis, alijſque requiſitis, de quibus paulò poſt agemus. Enimuero decubitus magnam habet familiaritatem & dependentiam à genitura; nam cùm ab initio naſcen-

di

di cuicunque noſtrum calor quidam cæleſtis primarius infundatur, nobiſcum vſque dum viuimus permanſurus, & cū ſuæ cuique impreſſæ ac congenitę ſint peculiares influentiæ ad ſua accidentia naturalia; huic primario calori deinceps ſuperuenit calor alius ſecundarius ac influentiæ aliæ, ex quibus ſuccedentibus temporibus accidētia ipſius nati ſubinde aliter atque aliter afficiuntur, prout ipſorum ſiderū poſitus continenter penes directiones, progreſſiones, & trāſitus variātur, in comparatione tñ ad primam natiuitatis radicem, cùm hæc omnia per experientiam inueniantur adinuicem congruere. Quapropter velle reſolutè ſcire eſſentiam alicuius ægritudinis, & exitum eiuſdem, eſt reducere eandem ad ſua principia propria, & ad ſuas cauſſas, in quib. latitat, tanquā regrediendo ab effectu ad cauſſam. Enimuerò certum eſt, Planetas, ad ſanitatē & infirmitatem, vitam & mortem, tanquam cauſſas efficientes, ſecundarias & inſtrumentarias naturales ex diuina prouidentia concurrere. Cœleſtia enim corpora non ſolum agunt lumine, motu, & influentia in quattuor elementa, ſed etiam in omnia elementata, & præcipuè in hominem, non ſolùm in ipſo naſcendi principio, verumetiam continuo vſque ad eius durationem & interitum, nunc excitando in ipſo ſanitatem, quæ ſtat in perfecta humorū contemperatione, cùm ſcilicet loca ſuſtentatiua vitæ benignos ac ſalutares radios attigerint directione, proceſſu, & tranſitibus: nunc infirmitates varias eidem inferendo, alteratis nimirum humoribus eius, & eductis de potentia materię contrarijs qualitatibus & præter naturā, idque propter malam aliquam ſuſtentatiuorum vitæ directionem ad noxios Planetarum maleficorum & vitæ inimicorum radios, quæ qualitates corrumpere valent complexionem innatam membrorum, excitando in illis noxios humores, & conducendo ad talem ſtatum, ſub quo temperatura nati ſtare non poteſt: vnde cùm actus ſolitos & operationes neceſſarias ſubire natus nullo pacto queat, non ſolùm in ægritudines labitur, ſed & ad mortem ſæpiſſimè conducitur.

Vt autem morbi cuiuſcunq; efficientem cauſſam ex præcognita geneſis figura cognoſcamus, confugiendum nobis erit ad Canonē 50. noſtrarū Tabularum Directionum, quo mediante loca ipſa Zodiaci diſcemus, ad quę directiones ſingulorū vitæ ſuſtentatiuorum illo anno peruenerunt; vñ facillimè poſtea cōſtabit, an illis in locis adſint malefici vel corpore, vel radijs noxijs, vel per antiſciū, & vtrū ægritudo futura ſit periculoſa vel leuis, & ex qua cauſſa. Quę omnia cognoſcemus, ſi loca ipſa occurſus, & vitæ prorogatores diligenter examinauerimus, ſicut in ſuperioribus docuimus. Et vbi Planetā illum, qui ægritudinē cauſſat, inuenerimus, conducet ēt plurimum ad ſpeciem morbi dignoſcendā figura cęleſtis ad illius initiū cōſtructa, in qua per cōſenſum apparebit vel Lunā infortuniū pati ab eodē Planeta, qui morbi auctor

eſt, vel aliudquidpiam conſimile. Enimuero volunt Aſtrologi ac Medici in figura ægritudinis Aſcendentem ſeu primam domum, & Lunam cum diſpoſitore aſcendentis in vitam ægroti & corpus eius ac humores præcipuum obtinere dominium, & nonnunquam etiam Solem. Sed aſcendentis & Lunæ diſpoſitores propriè ſunt ſignificatores animę ipſius nati & infirmitatum, quæ eidem accidere poſſunt, vt alienatio mẽtis & rationis, mania, melancholia, phrænefis & ſimilia. Quare ſi aſcendens, Sol, & Luna damnati fuerint, ægritudo erit in toto corpore; ſi horum etiam diſpoſitores vel omnes, vel duo ſaltem afflicti fuerint, erit etiam ægritudo in ſpiritibus cum mentis alienatione. Conſiderant porrò ſextam tanquam domum ægritudinum, ſicut in geneſi, licet nonnulli ſeptimam morbo aſcribant, vt Cardanus; ſed optimum erit vtrãque tam ſextam, quàm ſeptimam perpendere. Octaua autem mortis ſignificationem retinet. His adiungit Cardanus luminaria viribus laborantis aſcribi, & infortunas viribus morbi, & curioſiores quidam aiunt decimam domum eiuſque dominum ſignificare Medicum; quartam verò & eius diſpoſitorem indicare medicinas & aſtantes ac ſeruientes ægroto. Sed Ferrorius diuerſam ab alijs opinionem tenet, ait enim, aſcendentem morbo deberi, ſeptimam ægro, decimam Medico, & quartam medicamentis. Quod cùm rationi ipſi & communi omnium opinioni repugnet, non video, qua ratione poſſit experientiæ (nam ita ſe expertum eſſe ſcribit Ferrerius) reſpondere.

Verùm penes auctorem ſit fides, ego.n. nunquam ſuccenſerim figurã ad initium morbi conſtitutam hac in re diuerſam eſſe à genituris.

Cæterum ex hac conſideratione in genere iudicium ferre poſſumus de ſtatu infirmi; nam ſi prima domus & Luna eorumque domini malè afficiãtur ratione ſigni vel domus erit languenti malum, ſi damnati ſint à maleficis, erit mortis periculum, maximè verò ſi cum domino octauæ cognationẽ habuerint. Contrà ſi bene afficiantur, morbus erit ſine laboribus, ſi ſaluentur & à maleficis liberi ſint, nihil erit periculi in ægritudine. Præterea ſi fortuna fuerit in aſcendente & benè affecta, æger erit boni regiminis & ſalubribus incumbens, ac Medico ac aſtantibus obtemperans: at ſi ibidem fuerit infortuna, æger ſua victus & animi intemperantia morbum fouebit & augebit, nec erit Medico aut ſibi ſeruientibus obediens.

Deinde beneficus Planeta in ſexta vel ſeptima domo morbum abſq; medicamentis curat; maleficus verò ægritudinem in aliud morbi genus traducit, & malum plerumque finem comminatur.

Adhuc beneficus in decima Medicos ſalutares porrigit, maleficus ibidem inutiles. Tandem verò ſi quartam domum fortunatus Planeta obtinuerit, medicamenta nato proderunt, ſi maleficus, illa quæ prodeſſe debebant, morbum augebunt.

Sed hæc in genere dicta ſunto, nunc ad particulares figuræ ad inuaſione m morbi conſtitutę indicationes accedamus; quæ Medico ſummam opem ferent, etiamſi genituram ægri non viderit, magis tamen proderunt, ſi & genituram ipſam & reuolutionem annuam, prout monuimus, ſimul obſeruarit.

CAPVT XV.

De eſſentia, ſeu natura ægritudinis, ex figura ad initium morbi erecta, cognoſcenda.

DIximus ſuprà, cauſſas efficientes primitiuę alterationis & corruptionis humorum, ex quibus ægritudines proueniunt à celeſtibus corporibus deriuare, præſertim verò à maleficis ſtellis, quando aliquo pacto vitæ ſignificatoribus obuiam fiunt. Quamobrem cùm luminaria vt plurimùm vitam foueant, accidit interdum, vt ol tempore illo, quo quis decumbit, malo aliquo tranſitu diuexetur, ſæpius autem Luna, quæ quoniam terris eſt proxima, magis regit noſtros humores, & ob ſui curſus velocitatẽ cæterarum ſtellarũ influxus ad nos defert. Quin etiam quandoque contingit, vt tam Sol, quàm Luna ad initium morbi à maleficis per tranſitũ affligatur, & tunc validũ erit iudicium grauiſſimæ ægritudinis, quæ plerunque morte terminabitur: cui aſſentitur Rigius Aphoriſmo 92. dum ait, deteſtabiliſſimas eſſe figuras natiuitatum, quando ambo luminaria ſunt in oppoſitione duarum infortunarum, ac vtraque in malo aſpectu.

Sed & alius quicunque Planeta malæ affectionis à ſeipſo ſignificatę indicium dabit, ſi in radice teſtimonium talis morbi obtinuerit.

Vbi igitur Solẽ videbis ad initium morbi afflictum à Saturno vel cõiunctione, vel quadratura, vel oppoſitione, vel per antiſcium, conijcies protinus ægritudinem futuram Saturninã vtpote ex melancholicis hũmoribus ortam, & ex genere illarum, quas Saturno proprias eſſe ſupra diximus: pro qua particularius dignoſcenda aliæ etiam coniecturæ requiruntur, vt ſunt teſtimonia reliquarum ſtellarum, quæ cum Sole vel Saturno commiſcentur, item Luna & horoſcopus, & ſignĩ emergentis ad initium morbi dominus, qui ſemper ſignificationem habet ſuper eſſe egri. Idem iudicandum eſt, ſi Sol repertus fuerit in loco Saturni radicis, vel in eius oppoſito, vel quadrato, quando de genitura conſtat, etiamſi directiones anni labentis ignorentur.

Verùm ſi Sol à Marte ad initium morbi aliquo modo infortunetur,

ægritudo erit cholerica & a bile orta, aut ex mala affectione cordis, vt palpitatione, aut etiam ex alia ægritudine à Sole vel Marte originẽ trahente, vtpote ab exuperantia caloris & corrupta ſiccitate. Sin autẽ Iupiter afflictus erit, morbus ex mala hepatis affectione, aut ex alia cauſſa, quæ Ioui conuenit, procedet, iuxta ea quæ Capite tertiodecimo ſcripſimus. Venere autem exiſtente infortunata, morbus erit ex intemperantia coitus, vel nimia crapula, & circa pudenda, vel ex mala ventriculi affectione, vel ex alia cauſſa Veneri cognata. Sed ſi Mercurius infortunabitur, laborabit æger ex inquietudine animi, vel amentia, vel phræneſi, vel ſimilibus indiſpoſitionibus ſupra Mercurio aſſignatis. Poſtremò verò ſi Luna à malefico aliquo infortunium patietur, iudicandum erit de ægritudinis eſſentia & qualitate pro natura ipſius malefici, & pro ingenio ſigni illius, quod tunc Luna poſſidet. Qua in re conſulerem ego recurrendum eſſe ad Mercurij ſeu Hermetis Triſmegiſti Iatromathematicam, vel ad libellum Hippocratis de decubitu infirmorum, i. de ſtatu ægrorum ſecundum motum & diſpoſitionẽ Lunæ, necnon ad libellum eiuſdem materię Galeno adſcriptum: qui omnes ita inter ſe conueniunt, vt videantur doctrinam hanc per manus mutuò ſibi tradidiſſe. Sed his ſuperiorum auctorum ſcriptis ſobriè eſt vtendum, vt ait Ferrerius, largior enim eſt eorum doctrina, quàm vt in tanta corporum affectorum varietate eodem tempore in omnibus reperiri poſſit.

Sed & ad hanc cognitionem conferunt ea, quæ Cardanus ſcribit Segmento Quinto, Aphoriſmo 101. vt, Saturnus in igneis, cùm Sol debilis fuerit, facit hecticas febres; Iupiter autẽ ſanguineas abſque putredine; quod ſi Mars affuerit, putridas.

Præterea Mars in ſignis igneis facit ardẽtes febres omnis generis, & acutas ex materia cholerica, & Venus in iiſdem ephimeras; ſed Mars Veneri commixtus putridas febres ex pituita gignit. Mercurius verò in ſignis igneis mixtas febres pollicetur. Quòd ſi Luna ipſa in eis ſimiliter ſit, pituitoſas gignit febres ex craſſo humore putreſcente. At ſi Saturnus ſic exiſtens cum Marte miſceatur, fiunt febres melancholicę. Si Mars ſub Sole ſit in ſexto loco vel duodecimo in igneis ſignis, febres æſtuoſas ac incẽdentes, & pernicioſas, ſimileſque venenis efficit. Quòd ſi his exiſtentibus humana ſigna pro igneis ſupponantur, eadẽ erunt: ſed vt mitiora videbuntur, ſic magis occulta, ac veneni qualitatem præſeferentia. At ſi cum his Saturnus, aut cauda, caputve, aut Venus combuſta miſceatur, vel ſtella fixa, quæ venenum decernat, vt eſt Cor Scorpij, aut conſtitutio fuerit peſtifera, vel Planetæ hi in Scorpione vel Leone adurantur, erunt febres hæ omninò peſtilentes ac pernicioſæ. Proprium autem prauarum febrium eſt, vt fiant Sole in Leone damnato. Sed Sole ipſo valido exiſtente, non fiunt

febres

febres ex putreſcente materia, niſi caſu. Signa autem aquea febris putridas minantur, & mali moris, ſed & putredines, & corruptiones cùm Mars in eis dominatur, præſertim combuſtus. Poſtremo verò terrea ſigna à putridis febribus maximè ſunt remota. Idem Cardanus alibi ait: Beneficas ſtellas mites, maleficas prauos ſuggerere morbos: & orientales manifeſtos, occidentales occultos, ſed ſub Solaribus radijs latentes, prorſus etiã incognitos: quanquam planeta ibi conſtitutus, ſi morbi auctor erit, ſolùm virtutis languorem, & humorum exuſtionem decernit. Hæc ex Cardano, quibus addere poſſumus illa, quæ Ludouicus de Regijs Aphoriſmo 73. ſecundæ partis tradidit: Lunam ſcilicet in Ariete in octaua indicare calidam infirmitatem in capite, & in pectore. Deinde & Aphoriſmo 91. eiuſdẽ partis ait: In omni morbo Lunã conſiderandã eſſe, quæ ſi fuerit in oppoſito Martis, morbos venenoſos inducit, ſicut in ſignis igneis, terminanturque citò, & raro ad vitã. Si verò fuerit iuncta Marti in ſignis aereis, & potiſſimũ in Geminis inciſione ferri ſeu percuſſionem demonſtrat. Ait præterea Federicus Chriſogonus, Saturnum in trigono aqueo, dum morbi auctor eſt, ægritudinẽ producere ex materia frigida, & humida, maximè ſi planeta humidus teſtimoniũ præbuerit, vt Venus, vel Luna: & materia morbi tũc erit multa, vel groſſa, vel vitioſa, cũ accidentibus & paroxiſmis longis, cum frigiditate, horripilatione vel tremore. Sed ſi idem Saturnus fuerit in ſignis fixis, efficiet febrem longã, ſubintrantem, vel raro à febre mundum, vel quartanam: ſi verò in ſignis mobilibus fuerit, faciet pituitam naſi, vel deſcenſum catharri à capite ad ſtomachum, vbi putrefit, & ſtomachi dolorem ac nauſeam adducit. Et ſi ratum ille fluxus per nucam habuerit, dolores cauſabit in mẽbris & iuncturis. Saturnus etiam vltra febres, exiſtens in diuerſis ſignis ſolet cauſare morbos inſeparabiles, quãdo morbi cauſſa fuerit. In ſignis autẽ fixis facit leprã, podagrã, vel ſciaticam, & chiragrã. In ſignis autẽ mobilibus facit fluere humores per totum corpus: puta hydropẽ, debilitando virtutẽ digeſtiuam ipſius, reſoluendo calidũ eius naturale nimia eius frigiditate: quòd ſi Mars ibi teſtimonium præbuerit; & in ſigno mobili fluere faciet catharrum ſalſum à capite ad pectus, qui vlcerando ſubſtantiam pulmonis & pthiſim cauſabit. Si verò extiterit in ſignis communibus, ſcilicet in Geminis, Virgine, & Sagittario ſeu Piſcibus; ægritudo non erit vna, ſed plures, & recidiuam patietur: in qua ſi Saturnus cum bonis fuerit in illa recidiua ſanabitur, ſi verò cum malis, in illa morietur.

Si verò Mars febris cauſa extiterit, & in Leone fuerit, ebulitionem humorum & cauſonidem producet, minera cuius erit in venis magnis prope cor. Si verò in ſignis mobilibus, vt in Ariete, Cancro, Libra, vel Capricorno, febris erit acuta & citò terminatur, vt in pluribus in ma-

lum.

lum. Si verò in ſignis communibus, ægritudines erunt plures, & acutæ, cũ recidiua; cuius accidẽtia erunt repẽtini motus, & criſes veloces in bonum vel in malum pro natura aliorum ſignificatorum. Signa etiam longarum aſcenſionũ adiuuant ad longitudinem morborum, & in toto corpore: breuium autem aſcenſionum, diminutionẽ morborum, vel amiſſionem alicuius membri cauſabunt, cito terminantem. Si verò æqualium aſcenſionũ fuerint, morbos cauſabũt æquales in malitia & longitudine: ſi autem Mars fuerit morbi ſignificator, breues morbos, ſed acutos ſignificat. Sed ſi Saturnus longas ægritudines; ſi verò cum bonis fuerit, minuetur de malo, & ſi cum malis augebitur de malo. Hucuſque Chriſogonus.

Sunt etiam, qui dicant ſextam Cœli domum, eiuſque dominũ oſtendere infirmitatem, & eius cauſſam; in quam ſi inciderit ſignũ terreum, indicabit ægritudinẽ ex frigiditate & ſiccitate, & proinde melancholicam: ſi aereum ægritudinem ex caliditate & humiditate, & per conſequens ex ſanguinis corruptione genitã eſſe: ſi ibidem ſit aqueum ſignum, erit infirmitas ex frigiditate & humiditate, vtpotè ex flegmate, ſi fuerit igneum ſignum, erit infirmitas cholerica ex caliditate & ſiccitate proueniens. De domino autem ipſius ſextæ domus precipiunt obſeruandũ eſſe ſignum, quod ipſe poſſidet, vt in cognitionem deueniat, quo in membro futurus ſit morbus & infirmitas, maximè ſi dictus planeta infortunium in illo ſigno patietur, vt ſi fuerit in Ariete, denotabit morbũ in capite, ſi in Tauro, in collo, & ſic de reliquis, iuxta prædominium ſuper mẽbra corporis, de quo extat ſupra Caput 2.

Alij conſiderant planetam maleficum morbi auctorem, & iuxta domum, in qua inuenitur, venantur corporis partẽ, quæ morbum paſſura ſit: vt ſi talis planeta in prima domo fuerit, capiti infirmitas imminet; ſi in ſecunda, collo, & ſic de alijs. De domorũ autem ſignificatis ſuper humani corporis membra, egimus dicto ſecundo Capite. Verũ conſideranda eſt imprimis propria ipſius morbi auctoris natura, habita etiam ratione ſigni, quod poſſidet. Nec debet Medicus his tantũ cauſſis cœleſtibus, quæ à priori eſſentiã & cauſſas ægritudinis cõmonſtrant, acquieſcere, ſed oportet, vt eaſdem inueſtiget à poſteriori, per ſigna & accidentia, quæ ipſam ægritudinem cõſequuntur, quo tutius ac certius iudicium ferre queat de ægri vel ſalute, vel morte, & vt in medicamentis adhibendis recto procedat ordine.

CAPVT XVI.

De quattuor anni temporibus à Sole per Zodiacum diſcurrente factis, ac de quattuor diei quadrantibus, qui totidem anni temporibus aſſimilantur.

CVm Medico omninò ſit neceſſariũ, vt in ægritudinibus dignoſcendis ſtatũ temporis anni diligenter obſeruet, quòd ſingulis anni partibus proprij ac peculiares deſtinentur morbi ex conſimili humore tẽporis geniti, operæpretiũ facturi videmur, ſi de his etiam breuiter nonnulla diſſeremus.

Contingunt autẽ diuerſitates temporũ non ſolum ob propinquitatẽ & remotionẽ Solis, quã ſortitur obliquè aſcendendo vel deſcendendo, ſed habent etiã illæ reſpectum ad priorẽ terræ diſpoſitionẽ; quinimmo in vnoquoque horizonte ſingulæ hæ quattuor temporis qualitates alterari poſſunt ex varia reliquarum ſtellarũ cum inter ſe, tum ad Solem habitudine.

Sol itaque initiũ Capricorni obtinens, longius à vertice noſtro recedit, & terrã obliquis admodũ radijs ferit, quo fit, vt eandẽ nõ admodũ calefaciat; vnde terrę ipſius & aquę vis frigida maximè dñatur, nec tunc aer roreſcit aut areſcit, propter radiorũ Solis debilitatẽ, imò potius ſpiſſatur in nubes, quæ deinde diſſoluuntur in pluuias vel niues. Hinc fit quædã anni varietas frigida, & humida, quã hyemẽ dicunt, quæ producitur ac perdurat, donec Sol quadrantẽ integrũ Zodiaci, quẽ hyemalẽ dicunt, vt Capricornũ, Aquariũ, & Piſces pertranſierit. Ingreditur autẽ Sol primũ Capricorni punctum hac noſtra ætate die 23. Decembris anni Gregoriani.

Quamobrẽ ex debili actione Solis terrã parũ excalefacientis, & ex forti reſiſtentia frigoris tunc admodũ vigentis conſtringuntur pori ſuperficiei terræ, nec calor ille exiguus in eandẽ immiſſus poteſt euaporare, ſed retẽtus potius inter terræ viſcera, radices herbarũ & arborũ nutrit, vicemq; matris prægnantis obtinet. Crementũ autẽ conferre nequit, quia nec humor, nec calor, ex quibus eſt omne crementũ, poteſt aſcendere. Sic etiã in corpore humano pori ex frigore conſtringuntur, vnde calor nequiens euaporare detinetur intus ac plus conſumit, quo fit vt homines hyeme plus cibo indigeãt, quàm cæteris temporibus:

poribus: quamobrē ſanitati maximè conducit veſci tunc cibis calidis & ſiccis. Eſt autem hyems in genere frigida & humida, ſed tamen ſub principiū eſt magis frigida, & minus humida, dum ſcilicet Sol Capricorni ſignu permeat, in medio æqualiter eſt frigida & humida, Sole diſcurrente per ſignum Aquarij; ſed in fine eſt magis humida, q̃ frigida, Sole per ſignum Piſciū deambulante. Aſſimilatur autem hyemi ex elemētis aqua, ex humoribus phlegma, ex cōplexionibus frigida & humida, & ex hominū ætatibus decrepita. Præterea vt phlegmatici tēpore hyemali malè ſe habent, quod phlegma ipſum augeatur, ita contra cholerici probè & optimè valent; & ſicut hyeme, qua phlegma dominatur, malè ſe habent ſenes, ita è contrario optimè iuuenes. Quod verò ad morbos attinet peſſimi ſunt illi, qui ex phlegmate oriuntur, vt febres quotidianæ, minus mali, qui ex cholera originē trahunt, vt terttiana. Cōtingunt autē vt plurimū hyeme catharri, deſtillationes, morbi laterales, & pulmonis inflāmationes, tumores, grauedines, atq; raucedines, tuſſes, dolores pectoris, punctio laterū atque lumborū, capitis dolores, vertigines & apoplexiæ. Suntque vt plurimum hyemales morbi longi, ac variantur interdū iuxta variā ipſius hyemis conſtitutionē, & prout præcedens anni conſtitutio ſe habuerit, vt apud Hippocratem & Medicos patet.

Veris initiū Sol efficit attigēs primū Arietis punctū Aequinoctij die 21. Martij, & diſcurrens per totū quadrantē Zodiaci Vernalē, qui continet Arietē, Taurū, & Geminos. Porrò cū Sol ipsū Aequinoctiū ingreditur, tunc eſt in medio aſcenſu reſpectu vtriuſq; tropici, nec à vertice noſtro nimiū remotus, nec nimiū propinquus, ideoq; nec aer nimis vel calidus, vel frigidus, vel ſiccus, vel humidus, ſed inter quattuor qualitates tēperatus eſt; ex qua deinde tēperie pori terræ aperiuntur, euaporatq; fumus humidus, qui per radices herbarū & arborū aſcendens cōfert eis augmentū & vegetationē. Eſt autē hoc Veris tempus de ſui natura calidū & humidū, ſed tamē inconſtans, vt ſcilicet nunc pluuioſum & humidū ſit ob hyemis vicinitatē, nunc remiſſe calidū, nunc verò frigidum. Et viget in illo calor maximè ac humor: calor quidē ob acceſſionem ſeu eleuationē Solis reſpectu verticis, humor verò ob vicinitatem præcedentis hyemis. Præualet tamen in principio Veris humor calori, diſcurrente Sole per ſignū Arietis; ſed dū ille Taurū obtinet, medio ſcilicet Veris tēpore, calor & humor ex æquo prædominatur; in fine autem, Sole in Geminis verſante, calor humorem ſuperat.

Adhuc Vernali tēpori aſſimilatur ex elementis aer, ex humoribus ſanguis, ex cōplexionibus calida & humida, ex ætatibus pueritia. In hoc melius ſe habent melancholici, peius ſanguinei, melius ſenes, peius pueri. Peſſima eſt infirmitas ex ſanguine ortū ducēs, vt ſinoca; minus mala, quæ venit ex melancholia, vt quartana. Accidit autem

ſæpiſſi-

ſæpiſſimè, vt homines tẽpore Veris; maximè verò in initio, dũ Sol prope Aequinoctiũ verſatur, in ægritudines incidant, quod tunc corpora humida aperta ſint ex calore, qui illo tẽpore vigere incipit, ideoque mox ſuperueniente frigore corrũpantur. Graſſantur autẽ Veris tempore furores, & acræ biles, morbi comitiales, profluuia ſanguinis, anginæ, grauedines, raucedines, lepræ, tuſſes, impetigines, vitiligines, fiſtulæ vlceroſæ, tubercula, & articulorum dolores. Suntque Vernales morbi vt plurimum breues, & ſalubres potiùs, quàm exitiales.

Sol Cancri initiũ ingreſſus (ad quod 22. die Iunij peruenit) Aeſtatem conſtituit, quod tunc altior eſt reſpectu noſtri verticis, & quadrans æſtiuus, tria continet ſigna Cancrum, Leonẽ, & Virginem, in quibus Sol exiſtens terrã incẽdit & deſiccat, ideoq; Aeſtas calida eſt & ſicca. Prædominatur autem calor magis in initio, ſiccitas magis in fine, & æqualis in medio eſt conſtitutio. Vis huius temporis eſt radices herbarum & arborum deſiccare; & conuenit Aeſtati ex elementis ignis, ex humoribus cholera ſeu flaua bilis, ex complexionibus calida, & ſicca, ex ætatibus iuuentus. Melius ſe habent hoc tempore phlegmatici, peius cholerici; melius decrepiti, peius iuuenes. Peſſima eſt infirmitas, quæ prouenit ex cholera, vt tertiana, minus mala, quæ fit ex phlegmate. Fiunt autem vt plurimum Aeſtate febres acutæ, continuæ & ardentes, cauſones, ſynochi, tertianæ, vomitus, alui profluuia, lippitudines oculorum, aurium dolores, vlcera oris, ſudamina, & genitalium putredines.

Autumnus incipit Sole per Libræ initium deuagante, die 23. Septẽbris ſcilicet, & durat vſque dum Sol per Librã, Scorpium & Sagittariũ progreſſus fuerit. Eſtque hoc Autumnale tempus de ſui natura frigidum & ſiccũ, in principio tamen magis ſiccũ, in fine magis frigidũ, & in medio indifferens ſeu æquale: & colliguntur tunc fructus humorẽ in ſe continentes (vt ſunt racemi, alijque) qui ex gemina ſiccitate Aeſtatis & Autũni maturuerunt. Aſſimilatur autem Autumno ex elementis terra, ex humoribus melancholia, ex complexionibus frigida & ſicca, & ex ætatibus ſenectus. In hoc melius ſe habent ſanguinei, peius melancholici, melius pueri, peius ſenes. Deteſtabilis eſt ægritudo, quæ ex melancholia originem ducit, minus mala quæ ex ſanguine. Eſt autem tempus ipſum multum inæquale ex vicinitate prçcedentis Aeſtatis, & ſubſequentis Hyemis; vnde ex ſuccis fructuum tunc abundantium indiſcretè homines periclitantur. Nutritur tunc atra bilis, ex quo oritur pituita ſtomachi, & fiunt plurimi morbi, vt febres erraticæ, quartanæ, lienes, aquæ inter cutem, tabes, ſtillicidia, vrinæ, difficultates inteſtinorum, coxendicum dolores, anginæ, aſthmata ſeu anhelationes, morbi comitiales, furores, atræ biles.

Q Cæte-

Cæterum conſiderandus eſt etiam quadrans diei, quo quis ægrotare incipit, pro cognitione humoris prædominantis & peccantis. Enimuero à prima diei hora vſque ad ſextã ſeu meridiem, ſanguis prędominatur; à meridie ad duodecimã, ſeu ad occaſum flaua bilis, ſeu cholera: inchoante verò nocte vſque ad medium eius, atra bilis, ſeu melancholia, reliquo denique noctis tempore pituita dominatur.

CAPVT XVII.

Criticos dies penes verum Lunæ motum determinare, in morbis præſertim acutis, qui Lunæ motum ſequuntur, & ex conſequenti dies malos ac bonos pro ægroto enunciare.


SVMME etiã neceſſariũ eſt ex Aſtrologica diſciplina dies criticos & iudiciarios cognoſcere; ſic enim Medicus tutiùs regimen dietatiuũ & curatiuũ ipſius ægroti ordinabit, & firmius iudiciũ de fine ægritudinis, & quibus diebus æger malè, quibus benè ſe habebit, ferre poterit. Dies itaque critici & iudiciarij ſimpliciter ſummuntur reſpectu Lunæ (de quibus plura diximus in Cõmentarijs ſuper tertiũ Librũ Galeni de diebus Decretorijs, Capite 6. & 9.) & ſunt illi quibus Luna peruenit ad quadraturas proprias, reſpectu loci ſui ad morbi initiũ, & ad ſemiquadraturas ac oppoſitionẽ. Sed quia Luna nõ eſt adæquata cauſſa omniũ ægritudinũ, non fiet adæquatũ iudiciũ in his diebus ſimpliciter criticis, neque totalis erit facienda prognoſticatio de alteratione infirmi & progreſſu ægritudinis per ſolã Lunã, & per ſolos dies criticos hac ratione acceptos. Cũ enim omnes in genere planetæ, necnon & ſtellæ fixæ ac ſigna Zodiaci ſint adæquatæ cauſſæ ægritudinum, & omniũ effectuum naturalium in hiſce inferioribus cõtingentiũ, vt omnes Aſtrologi longa rerum experientia edocti cẽſent, idcirco de ægritudine ipſa iudicandũ erit non aliter, quàm de genitura aliqua, ratione habita omniũ ſimul planetarum ac fixarum, & pro varia illorũ habitudine tum inter ſe, tum facta cõparatione ad loca geniture, ſi de illa conſtiterit. Præcipuè autẽ Luna reſpicienda eſt, quò illa cæteris planetis velocior eſt, & terris vicinior, ac proinde aptiſſima ad recipiendas omnes virtutes & influentias reliquarum ſtellarũ, & ad nos ſubinde transferendas. Accedit huc, quod cum humiditatis domina ſit ac productrix, terrena omnia humido conſtantia

auget,

auget, dũ lumine plena eſt; minuit autẽ & virtutẽ humidã ſubtrahit, dum lumine diminuta eſt, vt manifeſtè apparet in debilibus, & ægrotis, qui à modicis læduntur & ſenſibiliter alterantur. Meritò igitur Lunæ curſum in progreſſu ægritudinum, & in prognoſticis de ſtatu infirmi eruendis, attendemus: non quidem vt cauſam totalem, ſed partialem ac principalem, & quæ magnam habet conuenientiã & potentiam in humoribus & humiditatibus noſtri corporis alterandis.

Erecta itaque figura Cœli ad initium morbi, prout diximus Capite decimoquarto, examinabimus eã diligenter iuxta pręcepta Capitis decimiquinti, vt ægritudinis ipſius eſſentiã ac naturã cognoſcamus, & à quo planeta potiſſimum dependeat. Tũ verò ſi fuerit acuta ægritudo, obſeruanda erit imprimis Luna, iuxta peragrationẽ, quã faciet ad proprias quadraturas, ac ſemiquadraturas, & ad ſuum diametrum (Chriſogonus & Boderius hexagonos etiã ac trigonos Lunæ aſpectus conſiderant) & quibus diebus illa acciderint, notandæ ſunt configurationes reliquorum planetarum cum ipſa Luna. Vbi ſi videris, beneficorũ aliquẽ Lunã ipſam fęliciter intueri, aut eidẽ corpore coniungi; vel eandẽ ſine aſpectu aut applicatione alterius planetæ in dignitate ſua conſtitutã, iudicabis illa die ægrum nõnihil à morbo ſubleuandũ, pro viribus ipſorum beneficorum. Verum ſi contigerit Lunã malefico alicui applicare hoſtilibus radijs, vel per corpus, aut eandẽ in caſu ſuo aut detrimento eſſe, tunc quidẽ languenti malum erit & grauamen: ac ſi malefica illa cum Luna congrediens fuerit valdè potens, & natura ſua morbum cauſans vel fouens, de morte etiã timendum erit. Admonet autẽ Ferrerius infortunã ſeu maleficum nõ ſemper augere vel aggrauare morbum; nã cum planetæ malefici vis naturæ morbi contraria extiterit, non exaſperat vtplurimum ægritudinẽ nec auget: atq; hac ratione pituitoſus Saturnus billioſas augere nequit ægritudines, quas propriè Mars infert ac fouet: neq; Mars igneus phlegmaticos aut melancholicos cum Saturni natura congruentes morbos promouet; ſed quiſq; ſuæ naturæ mala exaſperat. Eadẽ ratio eſt beneficorũ, morbum à ſe illatum proprijs qualitatibus fouentium. Iupiter enim, cuius tẽperamentũ ſanguineũ eſt, niſi refrigeretur à ſigno frigido, in ipſo exiſtens, aut à Veneris vel Lunæ aſpectu, non poteſt Iouiales, hoc eſt à ſeipſo illatas depellere ægritudines, vt pleuritides, phlegmonas, & ſimiles. Nec Venus lienterias, fiſtulas, ædemata, cæteroſque Venereos morbos lenire poteſt, niſi radijs beneficis Iouis, vel Solis, vel Martis adiuuetur, & niſi ſignum naturæ morbi contrarium poſſederit. Sed exemplo declaranda ſunt ea quæ diximus. Ponamus itaque in initio alicuius ægritudinis Lunam verſari in gradu 10 ♌, vt in hac figura, & ibi formari primum angulum: à quo ſi numera ueris

ris octies 45 gradus, patebunt octo principales anguli ipſius figuræ: nempe quattuor primarij, vt Lunæ locus radicalis, locus ei oppoſitus ſeu diameter, & ambæ quadraturæ: reliqui quattuor minus primarij, qui ſunt in locis inter ſupradictos intermedijs, & ſemiquadrati dicuntur; quibus ſi adiunxeris hexagonos ac trigonos radios, obtinebis duodecim loca in Zodiaco, quæ ad Lunam reſpectum habent, & cognationem aliquam, in comparatione ſcilicet ad locum radicalem, quem ab initio inuaſionis morbi obtinuerat.



Primus itaque locus radicalis, in quo ſcilicet Luna ſub morbi initium inuenitur, eſt grad. 10 ♌, & dicitur primus angulus figuræ ipſius principalis octogonæ.

Secundus locus eſt gr. 25 ♍, diſtans à loco Lunæ radicali gra. 45. qui

qui eſt ſecundus angulus figuræ octogonæ,& ſemiquadratus aſpectus loci Lunæ radicalis,quem Luna aſſequitur quarta die, eſtque indicatiuus primus,qui reſpectum habet ad primum decretorium die ſeptima ſubſequentem.

Tertius locus eſt gr. 10 ♎.nempe hexagonus Lunę aſpectus ſiniſter ad diſtantiam graduum 60. à loco ipſius radicali, qui à Boderio & Chriſogono tanquam indicatiuus conſideratur, & hunc aſſequitur Luna die quinta circiter. Sed cùm ſit aſpectus mediæ amicitiæ & conueniens, idcirco non fit criſis aliqua per ſe, nec fit iudicium aliquod niſi per accidens, prout fuerit Luna tunc in aſpectu aliorum Planetarum;aut etiam ſi aſpectus ipſe conſtiterit è ſignis quadratum radium in Aequatore conformantibus.

Quartus locus eſt grad. 10 ♏, nempe ad ſiniſtram ipſius Lunæ quadraturam, ad diſtantiam 90. graduum, vt ſit tertium latus figuræ octogenæ, ad quod peruenit Luna vt plurimum diebus ſeptem cõpletis : cumque hic aſpectus ſit malus ſua natura, & mediæ inimicitiæ, ob diſſidentiam ſignorum in qualitatibus, ideo tunc contingit pugna inter morbum & virtutem; atque hinc iure merito dicitur criticus, ſeu decretorius primus;in quo ſi contigerit Lunam affligi à Saturno vel Marte, vel à mortis dominò, criſis vt plurimum ingraueſcente morbo fiet ad mortem.

Sed ſi Luna à beneficis tunc ſuſtentabitur, virtus ægri ſubleuabitur, & iudicium vſque ad decimamquartam diem,qua Luna diametrum ſuum aſſequitur,ſolet transferri.

Quintus locus contingit in gradibus 10. Sagittarij, ad diſtantiam ſcilicet grad. 120. à loco Lunæ radicali, & hic conſtituit Luna trinum radium ſiniſtrum ; qui aſpectus beneuolus eſt & perfectæ amicitiæ,ideoque,niſi alia adſint contraria,virtus ægri ſubleuatur,ac proinde Medicus huic non debet confidere,neque pro indicatiuo decimiquarti ſimpliciter recipere,ſicut falsò Boderius & Chriſogonus affirmant,dummodo non deprauetur hic trigonus reſpectu æquatoris, vt in quadratum aſpectum tranſeat. Attingit autem hunc locum Luna nona vel decima die.

Sextus locus eſt peragratio Lunę ad gr. 25.♓, hoc eſt ad diſtantiã gr. 135. à ſua epocha, vbi cadit ſemiquadratus ſecũdus ſiniſter,ad medium interuallum ſcilicet inter tetragonum primum & oppoſitionem; ad quem locum Luna peruenit die vndecima, & interdum duodecima, quæ deinde indicatiua eſt decimæquartæ vel decimæquintæ.

Septimus locus eſt diameter loci radicalis Lunæ,nẽpe gr. 10. ♒, ad quem pertingit Luna die 14. vel 15. eſtque hic aſpectus perfectæ inimicitiæ, & virtutem ægri maximè aggrauans,& multum deprimens:

in

in quo ſi Luna applicuerit malefico alicui, fiet criſis ad mortem, pro potentia ipſius malefici; ſolent enim in hoc ſtatu morbi acuti terminari ad malum, & malitia huiuſcemodi febriū accreſcere, licet in peracutis, & adhuc magis in perperacutis ſoleant de malignitate ſua nonnihil remittere. Dicitur autem hic dies decretorius primarius ſecundus.

Octauus locus contingit in grad. 25 ♓. ad diſtantiam ab epocha per gradus 225, vbi incidit ſemiquadratus primus dexter, quem Luna occupat poſt dies 17. vel 18, quæ indicatiua eſt vigeſimi vel vigeſimi primi, quo Luna peruenit ad ſecundam quadraturam.

Nonus locus eſt in gr. 10 ♈, ſcilicet in trino aſpectu dextro reſpectu loci Lunæ radicalis, à quo diſtat ille grad. 240. quos ingreditur Luna poſt dies 18. vel 19. & huius trini aſpectus dextri eadem eſt natura, quæ trini ſuperioris ſiniſtri.

Decimus locus habetur in gr. 10 ♉, in quem incidit ſecundus quadrangulus dexter, remotus à loco Lunæ radicali per gradus 270. quos Luna conficit diebus viginti vel 21. prout fuerit motu velox, aut tarda, & interdum etiam die 22. Eſt autem hic dies decretorius principalis, & tertius in ordine, & eſt ſimilis primo decretorio, nam & in hoc ſolent nonnunquam infirmi decedere.

Vndecimus locus occurrit in radiatione hexagona dextra ipſiuſmet Lunæ ad interuallum à primo loco graduum 300. quod emetitur Luna diebus 23. circiter. Eſt autem hic locus eiuſdem naturæ cum tertio loco, vbi incidit ſextilis ſiniſter.

Duodecimus locus incidit ad diſtantiam gra. 315. à primo loco, & eſt ſemiquadratus Lunæ dexter ſecundus, & dies indicatiuus vigeſimæſeptimæ, ſeu vigeſimæoctauæ, ad quem Luna accedit die 24. vel 25.

Poſtremo verò Luna emenſis omnibus hiſce locis reuertitur ad ſuā epocham, ſeu locum radicalem, quem ad initium decubitus poſſederat, qui reditus abſoluetur diebus ferè 29, poſtquam Luna emenſa fuerit totum Zodiacum, in quo ſanè dierum ſpatio complentur dies critici omnes & indicatiui, quos Medici ſolent obſeruare, prout aliàs diximus, inter quos memorabiles ſunt tres dies decretorij principales, qui ſunt vt plurimū ſeptimus, decimusquartus, & vigeſimusprimus: in quibus febres acutę & pperacutę ſolēt terminari. Atq; hoc eſt quod Hippocrates dixit acutos morbos in quattuordecim diebus indicari, & tertianam exquiſitam ſeptenis circuitibus; contingunt enim ſeptem tertianæ acceſſiones antequam ad decimamquartam diē accedamus; vnde in dicta decimaquarta plurimi à morbo liberantur: in qua ſi cōtigerit febris acceſſio, tunc ſolet morbus produci in diem vigeſimamprimam, vel vigeſimāoctauam, vel etiam vlterius. Præterea in eodem menſe Lunari apparent omnes periodi febris tum tertianæ, tum quartanæ,

tanæ, nam complentur in ipſo quindecim paroxiſmi, ſeu acceſſiones tertianæ, & decem quartanæ. Adhuc poſt diem decimumquartũ, hoc eſt tranſacta Lunæ oppoſitione, ſolent febres acutæ remitti, niſi per errorem Medici, vel ob malum infirmi regimẽ virtus aggrauetur, & morbus inualeſcat. Verùm ſi Luna ſuerit extra memorata loca, nullum fit iudicium per Lunæ curſum de ipſo morbo, quod tunc nullo aſpectu configuretur cum loco morbi radicali, vnde curſu vacua in hoc caſu appellatur à nonnullis: cùm tamen propriè Luna curſu vacua vocetur, quando nullo aſpectu Planetæ alicui iungitur, & ſine virtute eſt, & efficacia; ideoque rectius fortaſſe dixeris, ſi Lunam tunc radicali loco inconiunctam appellaueris.

Cæterùm hæc criticorum dierum ratio locum omninò habere non poteſt in morbis chronicis, qui motum Solis, vel aliorum Planetarum ſequuntur, vt febris quartana & ſimiles: ſed vt plurimum viget in morbis acutis, & quando Luna in principio ægritudinis maleficum aliquẽ corpore vel radiatione noxia non attigerit; conſtat enim experientia, quod dum Luna ad initium morbi cum Sole, vel aliquo malefico, ſeu corpore, ſeu radio coniuncta fuerit, criſim tunc frequenter dubiã fieri, & maximas alterationes effici, cùm eadem ad hoſtiles alios aſpectus vel eiuſdem malefici, vel ipſius Solis peruenerit, ſiue decretorio id die, ſiue non decretorio acciderit; vbi ſi tunc Luna à beneficis ſubleuabitur, ſpes aliqua ſalutis ſupereſt, & æger non ſine labore conualeſcet; ſi beneficorum radijs ſalutaribus non fouebitur, mortis non infima ſuſpitio, vel certè periculoſa recidiua exſpectanda eſt; ſed ſi maleficorum teſtimonijs mali ſignificationes duplicabuntur, de vita actũ eſt; præſertim ſi concurrerint adhuc alia mortis inditia paulò poſt à nobis adferenda. In genere aũt quando Luna attigerit hoſtiles maleficorum radios, vel corpora, vel ẽt Solis tetragonum ſeu oppoſitionem, die decretorio vel non, vt plurimũ tunc languẽti malum erit, peius autem, ſi maleficus ille conſenſerit ipſi ægritudini, licet extra dies decretorios, ex applicatione Lunæ ad maleficos, non poſſit colligi iudicium de criſi ſubſequutura Illud etiam ſcias, teſte Boderio, quando Luna in diebus criticis eſt fœliciter illuſtrata, & illi dies nihil leuamenti afferunt, mortis iudicium, vel morbi tranſmutationem, ac longitudinẽ afferunt, tunc enim coniectari licet, perniciosam occurrere ſignificatori vitę directionem. & Lunam in locum maleficum geniturę incidiſſe. Demum & hoc obſeruandum eſt, Luna ſub initium ægritudinis è combuſtione exeunte, morbum inualeſcere, donec eadem ad oppoſitũ gradum pertigerit; quo tempore ſi maleficorum alicui vel corpore vel radijs noxijs applicabit, præſertim domino mortis, periculum eſſe grauiſſimum; ſin ſecus euaſionem promitti.

CAPVT XVIII.

In chronicis & diuturnis morbis Solis motum præcipuè, vel alterius Planetæ morbum facientis obſeruari.

DISTINXIMVS morbos è materia emergentes in diarios, hebdomadarios, menſtruos, & annuos, ex Sueſſani, aliorumque ſententia, in Commentarijs ſupra tertiũ librum Galeni de diebus Decretorijs Capite ſeptimo, vtvt Federicus Chriſogonus huic ſententiæ ſeſe opponat. Poteſt autem hæc diuiſio bimembris fieri, ex opinione Galeni in eodem ſeptimo capite, ita vt morbos in duplici differentia eſſe cum eodem aſſeramus. Sunt enim alij acuti, qui proueniũt à Sole & Marte; & hi Lunæ motum ſequuntur, & alterationem ſecundum ſeptimanas ſuſcipiunt, vt idem Galenus aſſerit, & nos capite ſuperiore oſtendimus; terminantur autem vt plurimum intra menſem, niſi fortè per accidens menſis ſpatium excedant. Alij ſunt morbi chronici ſeu diuturni, qui licet motum Solis ſequantur, mineram tamẽ ſeu originem trahunt à Saturno & Mercurio, alijſque etiam Planetis, atque hi quidem intra annum plerumque deſinunt, licet vlterius produci queant, vt ſunt febres quartanæ & ſimiles. Sunt etiam & alij morbi longiores & chronici, quos tardiores Planetæ gubernant, & producuntur in annos; ſed hos cùm rari ſint, nullaque eorum apud Aſtrologos fiat mentio, nos etiam ſilentio inuoluemus. Erit autem nobis ſermo in hoc Capite de morbis chronicis, qui à Sole moderantur; in quibus vice Lunæ Solem obſeruabimus, quomodo is affectus ſit à maleficis, oportet enim vt vel ab ambobus, vel ab altero maleficorum ad initiũ morbi impugnetur; vel etiam vt conſtituatur in loco malefico, quem ſeu Mars, ſeu Saturnus corpore vel radijs noxijs obtinebat in genitura, aut in reuolutione annua, tunc, quando mala ſignificatorum vitæ occurrit directio morbum hunc diuturnum præſagiens. Fieri etiã poteſt, vt maleficus, qui morbi auctor eſt, ſub illius initium diſcurrat per locum alterutrius luminarium præſertim Solis, vel ſuper gradum horoſcopi, vel per locum directionis ipſius vitę ſignificatoris, vel vt aliud aliquod ſimile infortunium hora ægritudinis accidat. In quibus omnibus caſibus Solem reſpiciemus, & decretoria tempora faciemus illa, quibus ipſe tetragonas & diametram ſtationem reſpectu loci ſui radicalis aſſequutus fuerit, ſicut diximus in ſupradicto Capite ſeptimo

Galeni; accidunt enim hæ criſes in temporibus anni diuerſis, id quod Hippocrates atteſtatur dum ait, æſtiuas ægritudines hyeme, brumales verò vt plurimum Aeſtate ſolui. Quin immò & illi dies attendendi ſunt, quibus Sol cum malefico aliquo morbi auctore congreditur, ſiue corpore, ſiue aſpectu inimico; vel etiam, quibus Sol tranſit per loca Zodiaci à maleficis aliquo modo in genitura infeſtata, ijs enim diebus languens periculum adibit. Poſtremò beneficorum etiam aſpectus ad Solem non ſunt omittendi, vt enim malefici ſæuiſſima cauſſant ſymptomata, ita benefici ſubleuant ægritudines & languenti ſanitatem reſtituunt. Denique & Luna reſpicienda eſt illis maximè diebus, quibus criſes Sol efficit.

Demus nunc ad maiorem huius capitis dilucidationem exemplum à Ferrerio ſumptum; ait is decubuiſſe aliquem die 3. Maij anni 1546. ex palpitatione cordis cum febre, dum Sol obtineret gra. 22. Tauri, & Marti tetragona radiatione iungeretur, qui percurrebat gr. 22. Aquarij. Conſtat igitur ægritudinem à Sole quadratum aſpectum cum Marte conſtituente ſignificatam fuiſſe; nam ægrotus vita functus eſt die 10 Septembris anni eiuſdem, quando Sol gradus 27. ♍, ingreſſus diametrum conſtituebat cum Marte retrocedente in gradib. 27. Piſcium, qui Mars morbi auctor fuit.

Neque profuit languenti Iouis trigonus ad Solem, tum quia in gradib. 27. ♑, ſcilicet in caſu ſuo poſitus, & à retroceſſione ſtationarius, necnon & Soli ob ſignum Virginis, quod aduerſum eſt ſuæ domui, inimicus eſſet, tum etiam quod à Marte retrocedente ſextili aſpectu, hic infauſto pulſaretur. Sic ego, cum in mea geneſi Saturnus conſtituatur in gradib. 11. Arietis quartana febri grauiſſima ac longa correptus fui die 21. Septembris anni 1576, quo die Sol accedebat ad locum Saturni oppoſitum in radice, erat enim in gradibus 8. Libræ; perfectum autem diametrum non potuit Sol exſpectare, quod illa die vigeſimaprima Septembris Luna in gradib. 25. Virginis, loco Martis radicali poſita, in Saturni, gradus 25. Sagittarij obtinentis, diametro conſtitueretur, qui Saturni locus propè aberat à gradu horoſcopi meæ geneſeos, qui eſt gr. 21. 3′8. Sagittarij. Porrò directio horoſcopi illo anno deuoluebatur ad Saturni tetragonum, qui morbi auctor extitit. Accedebat huc horoſcopi ad corpus Martis, & Solis ad corpus Saturni progreſſio. Quinimmò & in anni reditu Sol per præſentiam à Saturno patiebatur, à quo ſolum per quattuor gradus aberat. Producta itaque tot concurrentibus malis, fuit hæc quartana ad plures menſes cũ ſęuiſſimis accidentibus, & parum abfuit, quin vitã cum morte commutarẽ; euaſi autem, quòd Sol præcipuus vitę gubernator per directionem ſaluus eſſet, quam diem non annotaui. Sed dabimus exempla aliquot chronicarum ægritudinum ſub finem huiuſce libelli.

CAPVT XIX.

An futurus ſit morbus diuturnus vel breuis.

DE longitudine vel breuitate morbi iudicamus tum à genitura, tum ab anni conſtitutione, tum verò à figura ad morbi ipſius initium fabrefacta: vt nihil interim dicamus de propria ipſius morbi natura, quæ Medicis vt plurimum aliunde conſtat. Si itaque de genitura conſtiterit, & directiones ſingulorum vitæ ſuſtentatiuorum confectæ fuerint, perpendenda erunt tum loca principalia, quæ vitam gubernant ac fouent, & ſunt vt plurimum Aſcendens, Sol ac Luna, tũ etiam loca anæretica ſeu peremptoria, ad quæ tunc temporis dicti vitæ prorogatores acceſſerunt. Enimuero ſi tam promiſſores, quàm abſciſſores validi omnes fuerint, vel debiles omnes, iudicium erit morbum euaſurum longum: nam tunc conflictum æqualem exercent malorum virtus, & virtus vitæ prorogatorum, & ambigua vtrorumque eſt victoria. At ſi vitæ datores robuſti, anæretæ verò imbecilles fuerint, ægritudo breui tempore ad ſalutem verget; ſed ſi contrà prorogatores vitæ debiles, anęretæ verò fortes extiterint, breuis etiam morbus erit, ſed ad mortem ſeu malignitatem tendens. Morbi inſuper frigidi & ſicci in genere, qui à Saturno fiunt, & Mercurio, & qui in vniuerſum à Sole reguntur, ſpõte ſua lõgi ac diuturni ſunt: calidi verò & ſicci, qui à Sole & Marte incrementum ſuſcipiunt, & à Luna potiſſimũ gubernantur, breues exiſtunt. Solet autẽ particulariter Saturnus longos morbos facere, Iupiter & Sol breues, Mars breuiſſimos, Venus mediocres, Mercurius varios, Luna deniq; reuertentes, vt vertigines, comitiales, podagras, & ſimiles. Præterea Sole in ſignis vernalibus conſtituto ſalubres & breues fiunt morbi, in æſtiuis ſignis breues & periculoſi, in autumnalibus lethales, & in hyemalibus lõgi. Sed de morbis quattuor anni temporum egimus abundè Capite decimoſexto.

Ex figura autem ac ſtatu Planetarum ad morbi initium traduntur hi aphoriſmi de longitudine vel breuitate morbi, qui deſumuntur à luminaribus, à domino aſcendentis, & à ſexta domo, ac eius domino.

1 Quando ambo luminaria cadunt ab angulis, & eorum diſpoſitores & dominus aſcendentis fuerint impediti, periculoſa erit ægritudo; ſed ſi beneficæ auxilium tulerint, prolongabitur morbus, & ex acuto euadet diuturnus, ſeruabiturque natus præter ſpem ſi beneficæ præualebunt.

2 Si infirmus cœperit ægrotare verſante Luna in ſigno mobili, maximè

mè ſi fuerit in aſcendente, vel fuerit etiam aſcendens ſignum mobile, æger vel cito morietur, ſi aderunt mortis ſignificationes, vel ſi non adeſrunt, citò liberabitur, & ad bonum terminabit ægritudo. Si verò fuerit ipſa Luna in ſigno fixo, ægritudo erit longa, & ſi in communi, mediocris & mutabilis. Et hæc applicari etiam poſſunt Planetæ morbum inferenti.

3 Luna coniuncta cum Planeta orientali velocis motus, aut directo, breuitatem ægritudinis arguit, ſed cum occidentali tardiore & retrocedente diuturnitatem.

4 Si Luna aut dominus aſcendentis, fortunæ regredienti corpore vel aſpectu ſociabitur, ſalutem quidem pollicetur, ſed morbi longitudinem.

5 Cùm luminare morbo dominans (ait Cardanus) grauioribus Planetis commiſcetur ac tardis, morbus natura & euentu longus erit: ſin autem grauioribus Planetis natura velocibus aut motu, vt cùm Saturnus & Iupiter prope Solem ſunt, morbus quidem natura ſua diuturnus breuior fiet: ſicut contrà, ſi Mars, Venus ac Mercurius tardi fuerint, morbi natura breues protrahentur; ſin veloces, velociter finientur morbi natura etiam per ſe breues.

6 Luna cum Saturno, corpore vel radijs noxijs colligata, valdè mala eſt, morbum enim prolongat, præſertim ſi Saturnus fuerit curſu tardus; velox autem non ita diuturnum facit morbum. Sed ſi retrocedat, fueritque ante oppoſitionem Solis, recidiuam minatur. Præterea Luna ſic Saturno iuncta ſi curſum intendit, & lumine decreſcit, timendũ eſt de ægritudine diuturna & criſi horrenda; ſi motu tarda & lũmine aucta, minus mali ſignificat, quàm ſi lumine diminuta foret.

7 Cùm Luna Marti corpore, vel radijs tetragonis aut oppoſitis iungitur, morbos acutos efficit, qui citò vel ad vitam, vel ad mortem terminantur.

8 Cùm Luna ad initium morbi fuerit proxima occultationi, hoc eſt prima vel ſecunda die ante nouilunium, æger aut morietur, aut diuturno morbo detinebitur.

9 Si Mars in aſcendente fuerit hora decubitus, ægritudo ipſa paruam moram ſeu terminum habebit, & vt plurimum ad malum terminabit. Sed ſi Saturnus in aſcendente compertus fuerit, longos producit morbos.

10 Sexta domus habens ſignum fixum (vt nonnulli dicunt) ſignificat longitudinem ægritudinis; mobile breuitatem, commune mediocritatẽ, ſeu mutationem ægritudinis, vel recidiuam.

11 Si fuerit Saturnus dominus ſextæ indicat ægritudinem fore longam, ſi Iupiter, vel Sol, vel Mars mediocrem, ſi Venus, vel Mercurius, vel Luna breuem.

CAPVT XX.

De magnitudine & malignitate ægritudinis, ſeu morbi in genere, & an ſit curabilis & ad ſalutem terminans, an verò incurabilis, & ad mortem ægrum conducens.

QVANTVM adiumenti hac in re præſtet genituræ inſpectio, ſupra ſatis oſtenſum eſt, vbi de morbis, qui nato poſſunt euenire, cognoſcendis diſſeruimus, atque etiam de directionum malarum ſignificationibus & effectibus, & quę ſint prauæ & morbi magnitudinem ſignificantes, & quæ leues tantùm ęgritudines, & quæ denique mortem inferre valeant. Nunc vero magis particulare iudicium trademus ex figura morbi, vel ſola, vel cum geneſi comparata, ſi hæc cognita fuerit. Quoniam verò rarò contingit aliquem ęgrotare, qui non habeat malam aliquam directionem alicuius vitæ ſignificatoris, idcirco conuenit etiam, vt ingreſſus & tranſitus Planetarum tempore decubitus malè ſe habeant, & cum directione ipſa congruant; vnde vel tunc luminaria, vel alterum eorum, & præcipuè Luna infortunium patietur à maleficorum aliquo, vel coniunctione, vel oppoſitione, vel quadratura, vel antiſcio; aut quidem in loca, quæ malefici ab initio naſcendi, vel in reuolutione illius anni infeſtarunt, incident. Ait enim Cardanus, quod quibuſcunque ſub initijs morborum Cœli conſtitutio longè lenior eſt morbo, his à natiuitate morbus ſæuitatem contraxit, principalibus locis, ideſt Sole vel Luna, in praua loca cadentibus. Quapropter nihil mirum eſt, ſi quandoque tempore inuaſionis morbi neque Sol, neque Luna à malefico aliquo affligatur, tametſi morbus grauis ſit. Nam ſi geneſim & reuolutionem illius anni, in quem morbus incidit, aſpexerimus, proculdubio ſtatim innoteſcet infortunij origo, apparebunt enim loca infecta in vtraque figura; in geneſi quidem per directionem, in reuolutione autem per configurationem Planetarum inter ſe, & cum genitura.

In figura itaque ad initium morbi erecta conſiderandus eſt ſtatus luminarium, præcipuè verò ipſius Lunæ, deinde & aſcendens eiusque dominus obſeruandi ſunt, & cum domino octauæ comparandi: quinimmò & beneficorum, qui auxiliari ſolent, & maleficorum, qui morbi auctores exiſtere, poſitus attendendus eſt, videlicet quomodo illi ſe habeant ad luminaria, ad aſcendentem eiuſ-

eiuſque dominum, necnon ad octauam, & ſextã domũ. Accedunt huc coniunctiones luminariũ morbi initia proximè antecedentes, à quibus in genere de morbis illo mẽſe venturis iudiciũ ſumitur. Enimuerò ſi domini trigoni coniunctionis præcedentis validi fuerint, & benefici ac benignè inter ſe configurati, ſeruabunt ægros illo mẽſe à morte; at ſi debiles & inualidi magna ex parte perdent. Porrò quando luminaria non ſunt admodũ infortunata (neque enim poſſunt eſſe omninò libera) nec dominus aſcendentis à malefico quopiã diuexatur; neque luminaria aut horoſcopus cognationẽ habent cum dño mortis, & beneficæ maleficis præualebunt, ac iã dictis locis auxiliabuntur, iudicabimus ægrũ facilè ab ægritudine poſſe liberari; mutabitur autem morbus in melius & æger conualeſcet, vbi Luna tẽpore morbi ad planetas morbo contrarios, maximè verò ad Ionẽ, Venerẽ, vel Solẽ deferetur. At ſi luminaria & horoſcopus, illiusq; dominus infortunium patiantur, maleficis præualentibus, & beneficis abiectis ac nullũ auxilium locis ſupradictis ferentibus, malignã ſeu acerbã fore ægritudinẽ morte vtplurimũ terminandã iudicato, eoque magis ſi Luna vel horoſcopi dominus, à domino domus mortis impugnetur.

Eſt autem malum ac metuendum cum Sol de die in principio ægritudinis, & Luna noctu fuerint impediti, vt ait Hermes aphor. *96*. Deterior verò conditio incipientis morbi eſt, teſte Cardano, ſi morbo ſæuo exiſtente Luna & dominus aſcendentis non exiſtentes cum malis ad malos deferantur.

Luna in augmento ſui luminis mala eſt, ſi morbus fuerit ex copia humorum, ait Auenaris, vel ex repletione; ſed diminuta lumine melior eſt, quod tamen graue eſt in ægritudine quæ fit ex inanitione, cui conuenit Lunam augeri lumine. Sic Cardanus: cum Luna fuerit in principio ægritudinis perſeuerantis, vel ſub radijs Solis, aut cũ cauda Draconis, vel cũ Saturno, aut Marte, ingens periculum ſignificatur. Quod ſi ſenex fuerit infirmus, etiam Ioui iuncta, aut Veneri, vel Mercurio: quod ſi horum oppoſitis vel quadratis, idem ſed leuius continget. Quod ſi cum hoc in locis his etiam à genitura inuenta fuerit, proculdubio morietur. Cùm igitur duo ex his conuenerint, & alterum validum fuerit, ægrotabit homo; ſin autem ambo valida ſint grauiter; ſi tertium adeſt, morietur: ſed in ſenio duo tãtum poſſunt occidere.

Dicit præterea Ludouicus Rigius Aphoriſmo 93. Secundæ partis: Per applicationem Lunæ ad beneficas non diſpoſitas à maleficis vinci naturam morbi, & per ſeparationem ab illis, & applicationem ad infortunas cauſari mortem. Beneficas verò, ait idem Aphoriſmo *94*. tranſire in maleficas, hoc eſt maleficarum naturam inducere, quando morbus de natura beneficorum, ſiue de natura

ſua-

ſuarum ſignificationum erit; ſicque etiam maleficas eadem ratione, ſeu conditione in beneficas permutari, quia contraria contrarijs curantur effectibus. Sed & idem Aphoriſmo 95. affirmat coniunctionem in luminarium ſignis Martijs, vel in ſignis humanis, Venere & Mercurio ibidem exiſtentibus retrogadis morbos inducere terminantes omnino ad mortem: & ſi illa coniunctio erit in Ariete, ducere infirmum extra mentem ſine ſpe. Adhuc, ait Cardanus, Martem in aſcendente hora initij morbi, morbũ facere velocem, vehementem, & partes ſuperiores affligẽtem, perturbantemque mentẽ. Quod ſi cum hoc diſpoſitores luminarium & aſcendentis fuerint impediti, ſuccedet mors.

Sed & ſtellarum fixarum in hoc negotio accurata habẽda eſt ratio, quarũ crudeliores permixtæ luminaribus, vel hora ægritudinis orientes aut occidentes, morbũ ipſum plurimum augent & exaſperant. Cęterum de coniunctione Lunæ cum ſingulis planetis ad morbi initium alij vberius tractauerunt, nos nihilominus probatiores aliquos Aphoriſmos huius materiæ ex Auenare, & alijs compendioſè recenſebimus.

Coniunctio Lunæ cum Saturno mala eſt, præſagit enim vt plurimũ ægritudinẽ diuturnam; quæ grauior, mitiorvè erit penes bonam vel malam affectionem tam Saturni quàm Lunæ.

Si enim Saturnus curſu tardus fuerit, plurimũ nocet, morbumque aggrauat: & retrogradus ante Solis oppoſitionem, facit recidiuam. Contra verò velox motu, vel retrogradus poſt oppoſitionem cum Sole minus nocet. Orientalis à Sole alleuiat morbum à frigiditate procedentem, auget verò morbum ex caliditate productum.

Occidentalis autem à Sole, morbum frigidum exaſperat, calidum remittit. Luna curſu tarda & aucta lumine ægritudinem mitigat, velox & diminuta lumine eandem promouet, augetque.

Pernitioſa denique cenſenda eſt Lunæ & Saturni oppoſitio & tetragonus, licet minus quam coniunctio. Sed ſi Saturnus in congreſſu cum Luna, receperit ipſam ex domo vel altitudine ſua, minus ipſi nocebit.

Coniunctio Lunæ cum Ioue, proſpera eſt, maximè ſi contigerit in Cancro, vbi vterque planeta dominatur, vel etiàm in alijs domibus Iouis, minus tamen bona eſt in Capricorno, in quo vterque cadit à dignitate. Porrò cæteri quoque aſpectus Lunæ cum Ioue boni ſunt, magis tamen trinus & ſextilis, minus verò quadratus & oppoſitus.

Confert autem Iupiter magis ægris adultis poſt mediam ætatem, minus vero pueris & iuuenibus ante mediam ætatem.

Coniunctio Lunæ cum Marte peſſima eſt, & ſine beneficorum radijs in morbis calidis lethalis, magis verò cum Luna creſcit lumine,

quàm

quàm cum decreſcit, augebiturq́; ægritudo ſi motu velociore proce-
cta luminis incremento turgeſcere incipiat. Adhuc Mars occidentalis non adeò furit, neque ita formidabilis eſt, vt orientalis. Denique & diameter Martis ac Lunæ malus eſt, necnon & tetragonus, ſed minus.

Coniunctio Solis & Lunæ ſemper mala eſt, & vt plurimum mortem præſagit vel periculoſam ægritudinem. Sed de his infra.

Coniunctio Veneris & Lunæ ſalutaris eſt, ſicut & Iouis: confert tamen Venus plus ægritudinibus cholericis quàm Iupiter, ſicut hic magis adiuuat ęgritudines frigidas, quàm Venus. Pręterea prodeſt Venus magis iuuenibus ac mulieribus ęgrotantibus, quàm ſenibus. Sunt denique & cęteri omnes Veneris aſpectus cum Luna auxiliares, ſed conuenientiores trinus ac ſextilis.

Coniunctio Lunę ac Mercurij mediocriter bona eſt vel mala, pro ingenio ipſius Mercurij, prout ſcilicet ipſe fuerit in bono ſtatu reſpectu radiorum Solis, & aliorum planetarum, & pro natura ſigni quod obtinet; idemque etiam cenſendum eſt de reliquis Mercurij ac Lunę configurationibus.

CAPVT XXI.

Complectens aphoriſmos particulares, ſeu indicationes Aſtrologicas de decubitu lethali reſpectu locorum genituræ, & annuæ reuolutionis.

TRADITVRI nunc particulares aphoriſmos de morte ęgrotantis, è re ſtudioſorum futurū arbitrati ſumus cōuenientē in his aphoriſmis Aſtrologicis adferendis ordinem ſequi, ne ingentē rerum farraginem ſine capite vel cauda proponeremus; ideoque hoc pręſenti capite illas indicationes Aſtrologicas de decubitu lethali adferemus, quę ex genitura ęgri & annua reuolutione ad figuram ad initium morbi comparata conſtant. Deinde proximo Capite aphoriſmos hac eadem de re, à ſola morbi figura procedētes, complectemur. Verùm licet non ſemper neceſſario hi aphoriſmi ęgrum ad mortē conducant, nihilominus plures concurrentes certum teſtimonium, vel mortis, vel grauiſſimæ ęgritudinis adferunt.

Aphor. 1 Cũ fuerit aſcendens ad initiũ morbi aduerſus horoſcopo genituræ de vita timendũ eſt, niſi profectio horoſcopi geniturę ad ea loca venerit: Aduerſa antẽ ſigna ſunt, quæ ſextam, ſeptimam, octauam, & duodecimam domum in geneſi obtinent. 41. ſententia Auctoris centiloquij.

2 Aſcendens ſignũ ad initium morbi, quod in genitura, vel in annua reuolutione, licet minus, malefica poſſidebat, ægrum acerbiſſimè diuexat, maximè ſi gradus ille, quàm proximè in horoſcopo conſtituatur.

3 Morbus qui cœperit, cũ Luna fuerit in loco maleficę geniturę, vel reuolutionis annuæ, vel in eius oppoſito, vel quadrato, vel antiſcio grauiſſimus futurus eſt, & ſi maleficã illã aſpicit, periculoſior, eoque magis ſi Luna fuerit tẽporis domina, & gubernatrix vitę. Verùm ſi ad morbi initium Lunę fuerit in loco vbi geniturę tempore, vel reuolutionis annuæ benefica erat, nihil grauius metuendum eſt. 42. ſententia Auctoris centiloquij.

4 Quando loca aphętica radicalia cum dominis aſcendentis geniturę & figurę ad initiũ morbi conſtructæ oppreſſa fuerint, confeſtim mortẽ iudicato, niſi fuerit receptio inter maleficas, & beneficorũ ſalutaris aſpectus; ſic enim volente Deo euadere poterit.

5 Cùm quis ægrotauerit ſub mala reuolutione, in qua vnus locorum hylegialiũ geniturę per directionẽ affligatur, cæteris vitæ ſuſtentatiuis locis per ingreſſum & progreſſum malè ſe habentibus, euidentiſſimum mortis periculũ adibit æger. Quibus ſi acceſſerint alia infortunia ad horam decubitus, certior mors exſpectatur.

6 Si ad initiũ morbi Sol fuerit in loco geniturę malefico, quẽ ſcilicet malefica ab initio naſcendi vel corpore, vel radio noxio, vel antiſcio obtinebat, grauiſſima erit ægritudo, & plerũque chronica ac diuturna: ſi tunc etiã à malefico aliqua ratione patiatur, adhuc magis lethalis efficitur morbus; qui denique infirmũ ad mortem conducet, ſi Sol fuerit vitæ prorogator, ac per directionem afflictus.

7 Morbus, qui cœperit eo anno, quo Eclipſis contingit in aſcendente geniturę, vel annuæ conuerſionis partiliter ſeu intra diſtantiã quinque graduum, vel etiã in loco alicuius vitæ prorogatoris, exitioſus & mortalis eſt. Minus tamen nocebit, ſi in dictum locorũ oppoſito, vel quadrato acciderit. Porrò intelligendus eſt hic aphoriſmus, quando Eclipſis ipſa mala fuerit, eiusque dominatores malefici. Quanto autẽ maior erit Eclipſis, tanto grauior ac intenſior erit ægritudo: quod ſi parua, debilis. Fortaſſe idem poterit, ſi contigerit in loco directionis horoſcopi, vel luminaris aphętici.

8 Morbus qui cœperit eo anno, quo duorum maleficorum Saturni & Martis coniunctio accidit in aſcendente geniturę, vel annuę reuolutionis,

tionis, vel in loco prorogatoris vitæ partiliter, lethalis eſt: ſicque etiam ſi contigerit in oppoſito vel quadrato dictorum locorum, ſed minus. Quin & idem operatur Saturni & Iouis, vel Iouis & Martis coniunctio, præualente tamen malefico in ipſa coniunctione, maximè verò ſi & alter maleficus inimico radio teſtimonium attulerit.

9 Apparitio cometis vel nouæ ſtellæ ſuper gradum horoſcopi genituræ, vel ſuper locum luminaris vitam ſuſtentantis, noxia eſt ac lethalis; idemque valet, ſi contigerit in loco ad quem illo anno deuolutio horoſcopi vel luminaris vitam fouentis facta fuit.

10 Tranſitus malefici ad initium morbi per locum horoſcopi radicis vel luminaris vitam gubernantis pernitioſus eſt, minus tamen ſi per oppoſitum, ſeu quadratum dictorum locorum deferetur. Necnon & tranſitus malefici per locum directionis horoſcopi, vel luminaris aphętici malus eſt, maximè ſi amborum maleficorum aliqua erit inter ſe configuratio.

CAPVT XXII.

Continens aphoriſmos particulares ſeu indicationes Aſtrologicas de decubitu lethali, ex ſola figura ad morbi initium conſtructa prorumpentes.

11 QVANDO orientis ſeu horoſcopi dominus fuerit cum domino octaui loci, aut cum planeta locum illũ obtinente coniunctus, vel hoſtiliter configuratus, aut per antiſcium, mortis affert teſtimonium, pręſertim nullo auxiliante benefico, eoque magis ſi etiam Luna particeps fuerit huiuſce infortunij, vel alio modo male afficiatur. Quod ſi inter aſcendentis & octauę domus dominum ſit receptio per aſpectum vel corpus mortem quidem languens effugiet, ſed non grauem ægritudinem. Magis autem periculi eſt, ſi dominus horoſcopi iungatur malefico, vel domino mortis, eumque recipiat, quàm ſi dominus mortis illum receperit. Habet ſimilem aphoriſmum Hermes, dum ait 71. timetur in ægrotãtibus, cùm Luna & dñs aſcendentis fuerint ab octaui loci dño impediti.

12 Dominator ſigni orientis ſi ex ſua retrogradatione ſeparatur à planeta dominium mortis ſibi vendicante, deſperationis inditium eſt, niſi propter retrogradationem à Sole fuerit combuſtus.

13 Dñs aſcẽdentis ſi fuerit infortunatus in octaua domo abſq; beneficis radijs, Luna exiſtẽte corrupta, mortis ꝑbet ĩdicationẽ, q̃ cauſa

ipſius ægri proueniet, nempe ex inordinato regimine, vel alio errore.

14 Dominus aſcendentis in aſcendente combuſtus mortem præſagit.

15 Dominus aſcendentis ſi ſimul etiã præfuerit octauæ domui (vt quando aſcendit Libra vel Aries, tunc enim plerunque cadit in cuſpidẽ octauæ Taurus, vel Scorpius)& infortunatus fuerit, mortem obnunciat ſui ipſiuſmet cauſſa, quæ futura erit quando ipſe vel Luna peruenit ad gradum octauæ domus.

16 Dominus aſcendentis cũ domino ſextæ, vel ſeptimæ, vel duodecimæ malè colligatur, ſiue per corpus, ſiue per aſpectũ malignũ, ſiue per antiſciũ; teſtimoniũ enim affert vel mortis, vel diuturnæ infirmitatis. Idẽ ſignificat ſi in dictis domibus reperiatur, præſertim in caſu ſuo, vel retrogradus, vel combuſtus, vel à maleficis aliqua ratione infeſtatus.

17 Dominus horoſcopi in ſeptima, vel deiectus ſub terra præcipuè, in quarta vel ſexta domo; vel etiam in alijs domibus cadentibus à maleficis oppreſſus, & dominus octauæ domus ſummum Cœli faſtigium aut occidentis cardinem obtinens, mortis præſagium obnunciat.

18 Dominus horoſcopi in ſexta, & viciſſim dominus ſextæ in horoſcopo eodem tempore ad initium morbi aliquantulum afflicti, chronicam ægritudinem; infortunium grauius paſſi, perniciem pollicentur.

19 Dominus octauæ domus in angulo, & prçcipuè in occidẽte, exiſtente Luna, & horoſcopi domino in cadentibus, aut à malis infeſtato, ſemper morbus lethalis eſt, magis verò ſi octauam infortunã diſponet.

20 Propè aſcendentem ſeu lineã horoſcopi, ſi fuerit maleficus planeta, præſertim ♂, vel fixa crudelis (de quibus Cap. 8. de vitæ abſciſſoribus mentionẽ fecimus) ita vt non diſtet à gradu horoſcopi plus tribus partibus, mortis indicium eſt; ſuprauiuet enim tot diebus æger, quot gradibus diſtiterit malefica illa ſtella à gradu horoſcopante, dummodo ſignum ſit mobile, ſed Saturnus ibi conſtitutus ſolet obnunciare lungas ægritudines, vt aliàs diximus, quin & in ſeptima domo malefica conſtituta, ita vt partiliter horoſcopum oppoſitis radijs feriat perniciem affert, licet non adeo ſicut ſi fuerit corporaliter in horoſcopo.

21 Malefici ambo planetæ poſſidentes angulos malum obnunciant, præſertim ſi hoſtiliter ſeſe aſpexerint, & aliud aliquod infortunium adfuerit, vt ſcilicet vel Luna, vel dominus aſcendentis ſit infœlix.

22 Maleficus planeta in ſexta, vel quicunque planeta ibidem infœli-

fœliciter poſitus, ſignificat ægritudinem ad malum terminaturam; vel ſaltem malitiam illius morbi à ſe facti indicat.

23 Luna à domino aſcendentis ad dominum octauæ lumen ſuũ immediatè transferens, indiciũ mortis præbet, ſed non ſemper in morbo periodico.

24 Lunæ applicatio ad ſtellam aliquã in octaua exiſtentẽ lethalis eſt, ſicut etiam ad ipſius octauæ dominum.

25 Luna Libram permeans Saturno & Marti iuncta lethalis eſt.

26 Luna cum pleiadibus in domo mortis partiliter inuenta, mortem indicat. Idem puto contingere ſi fuerit cum alijs ſtellis fixis pernitioſis, vt ſunt hiades, antares, hercules, lanx auſtralis, & caput Meduſæ.

27 Luna Orientalis plus ſex gradibus à Sole non diſtans, ægrum ad periculũ conducit, & quanto ipſi propinquior erit, tanto certius periculũ adferet. Nã peſſimus eſt ille Lunæ ſtatus, vergit enim ad cõbuſtionem: verum ad duodecim vſque gradus diſtans à Sole mala quidẽ eſt, ſed tantam influxus acerbitatem non admittit. In Ariete autẽ & Leone minuitur infortunium. Quod ſi Sol dominium in octaua obtinuerit Luna ſic combuſta, maius mortis periculum ſubeſt. Sic quoque cum ipſa luminaria coniuncta inciderint in ſextum, ſeptimum, octauum, & duodecimum Cœli locum ab aſcendente.

28 Luna ad caput vel caudã Draconis accedens intra quattuor, vel quinque ad ſummũ gradus, mortis teſtimonium confert, debilius verò teſtimonium eſt ſi recedat ab eodem.

29 Cùm Luna ad initiũ morbi conſtituitur in quadrato ſeu oppoſito Solis malũ eſt, fiunt enim criſes malæ quando eadẽ ad malos Solis radios & coniunctionẽ peruenerit. Et ſi contigerit ipſius Lunæ, Solis Eclipſis in prima, vel ſecunda, vel tertia criticatione ab initio morbi, languentis peſſima erit conditio; quo enim maior, peiorque erit Eclipſis, eo maius periculum ſubibit.

30 Luna velox motu & diminuta lumine cũ Saturno tardi motus vel retrocedẽte congrediens, præſertim in ſignis diſconuenientibus, & ſine beneficorum auxilijs, mortis diſcrimen adducit.

31 Lunæ congreſſus cum Marte pernitioſus eſt, nullo beneficorum adiuuante, & ſi vterque quartum Cœli locum teneat, mors ſubſequetur.

32 Luna inter vtrũque maleficum Saturnum & Martem obſeſſa, nec etiã inter Solem & Saturnum, vel inter Solem & Martem, nullo beneficorum auxiliarem manum porrigente, validum internecionis eſt indicium.

33 Luna in horoſcopo mala ſẽper eſt, ibi.n. corpus ægroti ſuper quo ſignificat, magis afficit, cu ille locus orientis ſit cõtrariæ naturæ ipſi

Lunæ, & quo vicinior fuerit lineæ orientis, eò deterior, & ſi fuerit malè affecta, non leue indicium mortis præbet.

34 Cum Sol ab initio ægritudinis à malefico quopiam corporaliter, vel tetragonis aut oppoſitis radijs affligitur, aut etiam per antiſcium perfectum, præſertim ſi Sol luminare ſit temporis, & malefico applicet, & non defluat, ſignum eſt vel mortis, vel validæ ac periculoſæ ægritudinis, quæ plerumque ſolet eſſe chronica & diuturna; niſi etiam Luna affligatur, vel adſint alia indicia ſeu infortunia mortem accelerantia.

35 Cum luminaria ambo ſub terra malè affecta fuerint hora inuaſionis morbi, timor ægrotanti, ac mortis diſcrimen imminebit.

36 Luminaria ambo à Marte ſauciata ad initium ægritudinis acutæ, citiſſimam, & quodammodo repentinam ſeu violentam necem inferre conſueuerunt.

CAPVT XXIII.

Continens particulares aphoriſmos, ſeu indicationes ſalutis.

ETsi ſupra Cap. vigeſimo tradiderimus generalem doctrinam, quæ ex figura ad inuaſionem morbi conſtructa eruebat iudicium de ægritudine ad ſalutem terminanda, nihilominus non minimum adiumenti Medicis videbimur attuliſſe, ſi de ſalute ægri particularia quædam præcepta, ſeu aphoriſmos tanquam in tabella deſcribemus: vt collatis, tum quæ ad mortem, tum quæ ad ſalutem faciunt, ſignificationibus, pro parte vincente iudicium ſtatui queat.

Aphor. 1 Dominus aſcendentis receptus à domino octauæ in figura ægritudinis, & vterque liber à maleficis, indicat ægrum poſt deſperatam ſalutem conualeſcere.

2 Dominus aſcendentis ſi extiterit beneficus, & in bono Cœli loco bene affectus atque à radijs noxijs liber, ad ſalutem languentis confert.

3 Dominus octauæ ſeparatus à domino aſcendentis, & à beneficis adiutus ſalutem tribuit ægrotanti.

4 Si benefici planetæ præualuerint maleficis conualeſcentiam arguunt, maximè ſi Lunæ ac horoſcopo auxiliabuntur.

5 Sol

5 Sol in Horoſcopo bene affectus,aut in ſexta Cœli domo,aut comburens dominum ſextæ, ſeptimæ,vel octauæ ſalutem ægro denunciat.

6 Iupiter & Venus in horoſcopo conſtituti,vel alibi in bono Cœli loco Lunæ commixti,ſanitatem indubiè pollicentur.

7 Si Luna,horoſcopus,& vtriuſque dominatores non fuerint combuſti,aut à maleficis ſauciati, neque in malo aſpectu dominorũ ſextæ, vel ſeptimæ vel octauæ,ægroto ſalutem decernunt.

8 Luna ſi fuerit in bono Cęli loco benè affecta, nulliqúe malefico cõmixta,fęlicem ægritudinis finem indicat.

9 Luna ſeparata à malefico debili,& applicans beneuolo potenti,indicat poſt afflictionem ſanitatem ſecuram.

10 Luna in bono Cęli loco alligata domino horoſcopi, vel per corpus, vel per aliquem radium,etiamſi ille fuerit maleficus, dum tamen non ſit aliunde infortunatus,& vterque ſit curſu auctus ac lumine ſanitatem inducit.

11 Luna ab ambobus beneficis in bona Cœli ſtatione circũdata abſq; maleficorum radijs,auxilium non leue ad ſalutem tribuit.

12 Luna in Tauro vel Libra Veneris domibus, vel in Sagittario & Piſcibus,Iouis domicilijs inuenta in bono aſpectu alicuius eorum, præcipuè ſi fuerit in bono Cœli loco,& à malis tuta,ſanitatem ægroto decernit. Sic quoque in Cancro, domo ſua & Iouis altitudine conualeſcere facit.

CAPVT XXIV.

De tempore ſalutis vel mortis particulariter indagando.

TEMPVS nunc inueſtigandum eſt, quo æger conualeſcet,ſi inditia ſalutis conuenientia aderunt,vel quo decedet è viuis, ſi validiores mortis ſignificationes reperiantur.Cognita itaque ægritudinis eſſentia ac magnitudine obſeruandus eſt motus Lunæ in diebus criticis, in quibus ſi contigerit Lunam à beneficis Planetis, qui tamen octauam domum non diſponant,coadiuuari, tunc quidem incipiet æger, facta bona criſi ſubleuari. Sic etiam quando Luna extra dies criticos,diſcedens,vel non diſcedẽs à maleficis, fortunarum aſpectus attingit,maleficis interim abſentibus, ſanitati paulatim reſtituitur languens, maximè ſi tunc etiam dominus orientis ſaluus fuerit, vel cùm celerius directo graditur curſu, domino domus mortis ab

eodem recedente. Necnon & de ſalute benè ſperandum eſt, cùm Luna tranſit per loca geniturę benefica, dummodo abſint maleficæ.

Verùm vbi de morte languẽtis ex ſupradictis certiores erimus, perpendenda erit diligenter magnitudo morbi, an ſcilicet acutus ſit, vel acutiſſimus, an verò longus. Et ſi quiſpiam ex damnata prorſus Cęli conſtitutione laborabit morbo acutiſſimo, is vel quarta die à morbi initio, ſi tunc Luna infortunia patietur, vel ſeptima, ſi tunc ad propriũ tetragonum cum teſtimonio maleficorum peruenerit, interibit. At ſi morbus ſit ſimpliciter acutus, decimaquarta dies mortem indicare poterit, ſi tum Luna maleficorũ radijs in oppoſito loci radicalis ad morbi initium obruatur. Poteſt etiam & ante illam diem languens è viuis excedere, ſi Luna grauiter à maleficis extra dies criticos infeſtabitur, præſertim ſi maleficæ illæ ſtellæ morbi auctores, ac potentes extiterint, nec Luna à beneficis ſtellis ſubleuetur.

Volunt nonnulli horam mortis colligi poſſe à domino aſcendentis, quando ſcilicet ille vel corpore, vel maligno aſpectu domino octauæ coniungitur, vel etiam, quando dominus octauæ gradum aſcendentẽ, aut gubernatorem vitæ attigerit. Pręterea aiunt ægros deterius ſe habere vt plurimum à Meridie vſque ad mediam noctem, in deſcenſu ſcilicet Solis, & illa dici parte plures decedere, quàm à media nocte ad Meridiem dum Sol aſcendit. Alij frequenter ſe obſeruaſſe aſſerũt, illos qui graui ac periculoſo morbo decumbunt, mori Luna exoriente, vel in medio Cęli exiſtente, raró autem in quarta vel ſeptima, ac nunquam ferè in reliquis domibus.

Iam verò in morbis chronicis Solem in primis obſeruare conuenit, vnde ſi rectè ea, quæ ſuperioribus capitibus tradidimus, percepiſti, nullius negotij erit ipſam horam, vel ſaltem diem interitus prope verum cognoſcere. Particularia enim hæc eruuntur è ſuis vniuerſalibus, quæ diligenter in primis ſunt cognoſcenda.

CAPVT XXV.

De electionibus in medicina & cura ægrotantium faciendis, & primò de confortandis & coadiuuandis virtutibus corporis per influxum debitum.

HVCVSQVE ea tantùm propoſuimus, quæ ad cognitionem ægritudinis neceſſaria nobis viſa ſunt, vt eſſentiam ipſam ac ſpeciem ægritudinis ex proprijs ac præcipuis cauſſis à priori ſcilicet, hoc eſt à cœleſtibus corporibus cognoſceremus. Quibus ſi ſa-

gax ac prudens Medicus vltrò adiunxerit indicationes à poſteriori, ab accidentibus ſcilicet, & effectibus ægritudinem ipſam concomitantibus, collectas, perfectum iudicium de fine ægritudinis & eſſentia eiuſdem conſequetur. Reliquum eſt vt de praxi aſtrologica in curandis ac medendis morbis nonnulla diſſeramus. Quæ vt meliori ordine (vt in reliquis hucuſque pro virili facere conati ſumus) proſequamur, agemus primum de electione temporis in confortandis & adiuuandis virtutibus ſeu potentijs humani corporis, deinde in purgandis humoribus ſuperfluis per pharmaca, poſtea in ſectione venæ, atque in cucurbitis adhibendis, & denique de cura in corporibus ordinanda pro particularibus ægritudinibus ſecundum rationem cœleſtem. Sic namque æſtiua paſſiuis debito modo coaptando ac commiſcendo, debitum ac optatum ſanitatis finem tutius ac commodius, vt plurimum Medici conſequentur. Neq; me eorum abſterrēt calumniæ, qui licet aliàs non parua cum laude ac vulgarium hominum applauſu medicinam exerceant, Aſtrologiam tamen vaticano proſequuntur odio, & publica voce affirmant; nihil opus eſſe Medico Aſtrologiam noſſe, licere quouis tempore venam ſecare, potiones exhibere, & reliquis medicinæ munijs fungi, nulla habita ratione celeſtium corporum; non quod ipſi per experientiam ita experti ſint, nihilum enim de Aſtrologia norunt, ſed ne vulgatum illud dictum mentiri ſinant, quod ait. Ars non habet cauillatorem, niſi ignorantem. Nam qui hanc Aſtrologiæ partem ingenuè tractauerunt, ijs optimè notum eſt, quàm ſit periculoſum & impium medicinam ſine hac exercere. Ait Lucius Bellantius in opuſculo ſuo de diebus criticis: medicinæ ſcientiam abſque celeſti fauore ſæpiùs inanem ac noxiam doctiſſimos pleroſque viros iudicaſſe. Haliabas primo Theoricæ capite tertio, ita inquit. Aſtronomia quoque indiget Medicus, qua medicaminibus electis temporibus, quibus Luna beatis & felicibus fuerit contemperata Planetis, & ſub competentibus figuris vtatur. Cornelius Gemma Medicus Louanienſis ac Mathematicus longè doctiſſimus, de Arte Cyclognomica Libro primo, Capite octauo, ſic de Luna loquitur: patet vſus eiuſdem vberrimus in arte medica, quod poſt coniunctionem Lunæ ac Solis commodiores fermè ſint venæ ſectiones, purgationes per vrinam atque ſudorem, & quæcunque à centro corporis, ad eiuſdem circumferentiam ducunt, propter motus Lunaris analogiam. Contra digrediente Luna ab oppoſito Solis, magis & vomitus ſolēt ſuccedere, & alui purgatio, ſi modo & ægri vires, morbi tempus, & vtriuſque natura vniuerſa conſentiat: nec interim obſint congreſſus malefici, vel irradiantium ſiderum loca. Nec dubium quin & Planetæ vel ſtellæ ceteræ pari prorſus ratione ad Solem collatæ, vel ad Eclipticam, vires vbique particulares conferant, vnde in rebus naturæ arcana plurima colligantur, præſertim quę

in

in dierum criticorum ambiguo lapſu, in excitandis tempeſtatibus Cę-li, & popularibus morbis, in adhibendis humano corpori ſalubribus medicamentis exigi conſueuerunt. &c. Sed audiamus nunc Federicũ Chriſogonum obiurgantem Cęſarem Optatum, Aſtrologiæ contemptorem, dum in fine Capitis ſexti de Prognoſticis ægritudinum per dies criticos ita ſcribit: Neque poſſum ſilentio pertranſire dictũ eius, ſcilicet quod Medici exercitati non inuenerunt differentiam in pharmacando, vel flobotomando in nouilunio, vel alijs malis aſpectibus Lunæ cùm Sole. Quæro tamen ab ipſo ſi ille ſit vnus de illis ſic exercitatis & bonis Medicis, qui non adinuenit diuerſitatem in flobotomando & pharmacando ſuos infirmos in plenilunio, vel nouilunio. Caueat dicere quod ſic, quia viles mulierculæ lauantes pannos, eſſent magis prudentes ipſo, quæ nouilunium vel coitum Lunæ cum Sole obſeruant, ne panni in illa hora loti corrodantur, & piſcatorum retia in mari tunc exiſtentia corrumpantur. Cenſuram etiam Hippocratis incurret dicentis, quod quiſque caueat à Medico ignorante Aſtrologiam, quia ſtellæ confundunt & alterant quattuor elementa, confundunt & quattuor humores: quare ipſæ ſtellæ in ſuis aſpectibus ſunt confuſæ; humoribus autem ſtantibus confuſis & ipſis in ebulitione poſitis, ſi pharmacia vel flobotomia illa in hora exhibeatur, certè æqualiter humores boni pariter & mali effluent. Neque virtus regitiua totius regulare poterit contra operantiam tanti influxus, & quamuis eadem virtus ſit magis ſolicita per ſe, vt retineat magis apud ſe bonos humores quàm malos; tamen ſuperata à confuſione & ebulitione humorum per combuſtionem luminarium cauſſata ſuperatur, & indifferenter humores per pharmaciam vel per flobotomiam effluunt. Hæc ille. Sed nimius forem, ſi omnium, qui aſtrologiam medicinæ laudabiliter coniunxerunt, auctoritates ad artis huiuſce veritatem, & ad obſtrepentium confuſionem referre vellem; vnum ſolum, ac Thologũ quidem (qui inſtar omnium eſſe poteſt) hiſce adijciam. Scotus ſecundo ſententiarum diſtin. 14. quæſt. 3. in reſponſione ad ſecundum argumentum, ita inquit: Conueniens eſt & neceſſarium, quod bonus Medicus habeat ſcientiam Aſtronomiæ, poſſet enim propinare aliquo tempore medicinam, quæ interficeret, & tamen alio tempore liberaret. En vobis obtrectatores non ſolùm Medicorum, ſed & Theologi fundatiſſimi pręclara huiuſce artis teſtimonia, quibus omnis ſanæ mentis facilius quàm vobis fidem tribuet. Sed hęc παρεργῶς dicta ſunto, nunc ad rem noſtram, vnde digreſſi ſumus, reuertamur.

Primò itaque adiuuari poſſunt in corpore noſtro virtutes eius principales, quæ ſunt vitalis, naturalis, & animalis; necnon & virtutes illis adminiſtrantes, quæ ſunt attractiua, digeſtiua, vegetatiua & expulſiua.

Vitalis

Vitalis autem virtus, quæ in corde reſidet, regitur ac fouetur ab influentia Solis. Vtemur itaque ad eius corroborationem rebus calidis & ſiccis temperatè, vel calidis & humidis, atque illo maximè tempore, quo Sol dominatur, ac benignis radijs Iouis ac Lunę commiſcetur.

Naturalis virtus gubernatur à Ioue cum participatione Veneris & Lunæ, & reſidet in hepate, in quo generantur quattuor humores, & confortatur præcipuè per Iouem, ſi vtemur rebus calidis & humidis tunc cùm Iupiter fuerit optimè diſpoſitus, & præcipuè in horoſcopo, vel Veneri ac Lunæ configuratus abſentibus maleficis.

Animalis virtus diſtinguitur in intellectiuam, quam regit Mercurius; & in ſenſitiuam, quam gubernat Luna cum Ioue & Venere.

Fouetur autem ab ijſdem Planetis optimè diſpoſitis, cùm vtimur rebus temperatis, & cum illorum natura congruentibus.

Attractiua (vt ad virtutes minùs principales, & primarijs illis adminiſtrantes tranſeamus) viget in caliditate & ſiccitate per influentiam Solis & Martis, qui calidi ſunt & ſicci, magis tamen per ipſum Solem, qui temperatè calidus & ſiccus eſt; Mars autem ob intemperatam caliditatem ac ſiccitatem, corruptiuam potius naturam obtinet. Confortatur autem attractiua à rebus calidis & ſiccis, Luna diſcurrente per ſigna ♈ ♌ & ♐. Excipiunt tamen Aſtrologi nonnulli ſignum Leonis tanquam inconueniens, nimis enim robuſtum eſt ac valdè ardens. Si itaque Luna in reliquis duobus ſignis benigno aſpectu Soli configurabitur, vel etiam Marti (dummodo is occidentalis ſit, & in ſigno noxias ſuas qualitates moderante) confortabitur optimè virtus attractiua. Sin autem Lunam in dictis ſignis habere non poſſumus, ſufficiet eandem alteri dictorum Planetarum amico aſpectu copulari tunc, cùm in horoſcopo fuerit vel ♈, vel ♌, vel ♐.

Retentiua viget in frigiditate & ſiccitate per Saturni influxum, & corroboratur, ſi eligerimus Lunã in ſigno triplicitatis terreæ, vt ſunt ♉, ♍, & ♑. Conducet etiam, vt Luna fęlici radio cum Saturno coniungatur: & ſi Luna in dictis ſignis non extiterit, ſufficiet deligere tempus, quo aliquod ex dictis ſignis in horizonte fuerit.

Digeſtiua virtus viget per influxum Iouis in calido & humido; vnde Luna conſtituta in trizodia aerea, quæ conſtat ex ♊, ♎, & ♒, apta erit ad hanc virtutem conſtabiliendam: maximè ſi Ioui configurabitur. Quod ſi Luna in dictis ſignis haberi nequeat, conſultum erit eligere tempus, quo ſignum aereum in aſcendente ſit.

Expulſiua virtus indiget influxu Lunari frigido & humido, dum Luna fuerit in trizodia aquea, verbi gratia in ♋, ♏, & ♓, vel dum vnum è dictis ſignis in ortiuo horizonte fuerit.

CAPVT XXVI.

De electione temporis ex aſtris, quo pharmaca, quibus humores ſuperflui & damnoſi in corporibus humanis expelluntur, exhiberi conſultè poſſunt.

QVONIAM accidunt nonnunquam hominibus humores ſuperflui & damnoſi à temperamento naturæ, qui ad ægritudinem, & quandoque ad mortem inducendam valent, idcirco Medici partes ſunt, humores illos à corpore noſtro depellere, illudque ad conueniens temperamentũ reducere. Porrò autem non omne tempus ad hanc rem conueniens eſt, ſed primò cauendum eſt, ne feruente Aeſtate, aut ſumma Hyeme fiat corporum purgatio; commodiùs enim Vere, vel ſaltem Autumno purgantur, difficiliùs diebus canicularibus, aut frigidiſſimis.

Secundò obſeruanda eſt Luna in medicinis exhibendis, vt ſit lumine decreſcens potiùs quàm au[illegible], neq; ſit Soli propinqua, ſed aliquantiſper ab illo remota, & à maleficorum corpore vel radijs præſertim noxijs libera, nec Planetæ retrogrado niſi Ioui aut Veneri coniuncta; ita enim affecta magis confert ad purgandos humores.

Tertiò videndum vt Luna ſit in ſigno expellendo humori contrario, vel ſaltem vt tale ſignum in Horizonte ortiuo ſcãdat; & ſunt ſigna aqueæ trizodiæ, vt Cancer, Scorpius, & Piſces, maximè idonea ad eijciendos & ſubducendos prauos humores cholericos; eò quòd Luna humectatrix in ſimilibus ſuæ naturæ ſignis vires ſuas magis exercens, aluum etiam efficaciùs ciet, & commodiùs eijcit humorem contrariũ, qui non eſt in ebullitione. Et hoc eſt quod Almanſor Aphor. 25. dixit: quod meliora ſigna in accipiendis laxatiuis & purgatorijs ſunt aquatica, & horum melius eſt ſignum Scorpij, deterius Cãcri. Præterea etiã recentes ægritudines commodiùs purgantur Luna exiſtente in Piſcibus, vel ſaltem piſcium ſigno ſcandente. Adhuc & ſigna aerea, vt ♎, & ♒ ſatis apta ſunt, maximè ad melancholicos humores ſubducendos; terrea autem, vt Taurus & Virgo commodiora ſunt ad ęgritudines vetuſtiores per euacuationem expellendas. In primis autem cauendum eſt, ne medicina exhibeatur, dum Luna in Leone eſt, vel dum Leo ſcandit, quod ille ventriculo præſit.

Quartò

Quartò conſiderandi ſunt aſpectus Planetarum ad Lunam, alij.n. operationem adiuuant, alij impediunt, pro natura tum aſpectus tum Planetarum in comparatione humorum expellendorum. Enimuerò in genere Iupiter & Venus Lunæ corporaliter iuncti, impediunt medicinæ actionem, ſed eidem configurati non tantum. Extat enim auctoris centiloquij aphoriſmus talis; diminuitur medicinalis pharmaci operatio, quando Luna Ioui iungitur. Ratio eſt, quòd cùm corpus humanũ Lunæ in primis ſubijciatur, quando illa Ioui iungitur, robuſtior fit natura, quàm vt medicinalis pharmaci virtus operari in illa queat. Eſt autem de medicinæ laxatiuæ ratione vt naturam vincat. Idem etiam in Venere locum habet, ſed debilior eſt Venus. Saturnus etiã & Mars Lunam aſpicientes impediunt medicationes; & Luna cum Planeta retrocedente copulata vomitum cauſat.

Quintò curandum eſt, vt deprimatur ille Planeta, qui præeſt humori euacuando; quod fiet ſi Luna cum illo non congrediatur, nec Planeta incidat in fortiorem Cęli locum tũc cùm medicina exhibetur: alias ſi ille Luna fortior erit, remanebit humor ille in corpore, tantumque inualeſcet, vt à Medicis poſtea nõ ita facilè expelli ſeu deuinci queat. Eligendus eſt itaque Planeta oppoſitæ virtutis. Vt exempli gratia pro euacuanda cholera & purgandis renibus, quibus Mars præeſt, fortificanda eſt vel Venus vel Luna, & Mars ipſe deprimendus. Curandum eſt igitur vt Luna, ſi fieri poteſt, ſit in Cancro, & Veneri configurata; aut ſaltem vt Venus ſit in potenti Cęli loco. Pro purganda melancholia & ſplene elige Iouem Lunæ aliquo aſpectu configuratum, vel certè in forti Cęli loco conſtitutum: deprimè autem Saturnum melancholiæ auctorem. Porrò pro euacuando phlegmate vtere Solis ac Martis influxu, caue verò à Venere & Luna. Ac denique pro ſanguine & hepate purgando Venerem ac Lunam elige, Iouem verò ſanguini & hepati prædominantem reijce.

Sextò obſeruandum eſt ſignum, quod in Horizõte eſt, dum medicina offertur; ſi.n. illud cum operatione medica non congruat, differendum erit tempus quouſque ſignum conueniens in ortu reperiatur. Excipiuntur in hoc propoſito ſigna ruminantia, quę dum aſcendunt operantur ad euomendam medicinam, vel impediunt quominus excrementa ad inferiora ferantur, vel aliud quid incommodi afferunt. Sunt autem hęc ♈ ♉ ♑ & ♌; quæ tamen conducunt, cùm medicinæ etiã per vomitum debent euacuare: vt antimonium & ſimilia medicamenta. Pręterea attendendum eſt, vt dominus horoſcopi tunc emergentis iungatur corpore vel per aſpectum Planetæ alicui ſub terra verſanti, ita enim conducit ad deijciendas ſordes per aluum. Si.n. ſupra terram extaret, moueret ſtomacho nauſeam, & ſic euacuationem impediret. Hac de re ponit Hermes aphoriſ. 74. Melius eſt autem in purgationi-

bus, vt tam Luna quàm dominus aſcendentis deſcendant, & ſint ſub terra; in vomitorijs autem vt aſcendant.

Septimò ſedulò cauendum eſt, & ſi de genitura conſtet, ne Luna ſit in loco natiuitatis malefico, & ne aſcendat ſignum geniturę contrarium, id quod ex ſuperioribus Capitibus manifeſtum eſt.

CAPVT XXVII.

De eligendo tempore, maximè ad phlebotomiam, ſeu venæ ſectionem ex aſtrorum poſitu, accommodato.

QVEMADMODVM in exhibendis medicinis, ita & in phlebotomia obſeruanda ſunt generalia quædam præcepta, nempe ætas ægroti, vires, conſuetudo, & anni tẽpus. Aetas.n. reſpicienda eſt, vt ſcilicet puero ante annum duodecimum non extrahatur ſanguis, neque ſeni in vniuerſum, ſed ſi vires ſuperſint, etiam in ſene forti ac robuſto phlebotomia fieri poterit, in debili autem, tum per ætatem, tum per morbum, nequaquam.

Deinde & conſuetudo ſeruanda eſt, nam ſi vir maturæ ætatis phlebotomiæ non aſſueuit, abſtinendum eſt à ſanguinis extractione. Deinde & temporis anni habenda eſt ratio: nam tempore calidiſſimo maximè diebus canicularibus præcauenda eſt phlebotomia, tunc.n. humores perturbati ſunt, ac faciliùs boni quàm mali effluerent; ſic in ſumma frigiditate humores compacti ſunt, & ſi euocarentur, confuſè tum boni tum mali elaberẽtur. Porrò tempore Verno & Aeſtiuali fiat phlebotomia in parte corporis dextra, Hyeme verò atq; Autumno in parte ſiniſtra. His itaque in genere obſeruatis, ſpecialia etiam quædam præcepta ex Aſtrologica diſciplina obſeruanda ſunt.

Primò Lunæ habitus ad Solem attendendus eſt: fugienda eſt.n. in primis Solis & Lunæ coniunctio, & toto iſthoc tempore, quo Luna ſub radijs Solis occultata permanet, biduum.ſ. ante, & biduum poſt coniunctionem, à venæ ſectione ſuperſedendum eſt, qu od tunc corpora ab humoribus vacua ſunt, & per phlebotomiam nimium euacuarentur.

Sic luminarium oppoſitio per diem vnũ tam ante quàm poſt cauenda eſt, & in vtriſq; quadraturis per mediam vel etiam integrã diem à ſanguinis effuſione abſtinendum eſt. Præterea iuuenibus conuenit Lunam eſſe in luminis ſui augmento, ſenibus aũt & ætate prouectioribus

in

in decremento. Quãobrem primus Lunæ quadrans, à coniunctione ad primam quadraturã, congruens eſt pro iuuenili ætate; ſecundus quadrans à prima quadratura vſque ad oppoſitionem, pro iuuenili ac virili tertius ab oppoſitione ad ſecundam quadraturam pro virili, & ſenili: quartus ab hac quadratura vſque ad coniunctionem pro ſenili tantum.

Secundò præcauendum eſt, ne Luna, vel per corpus, vel per radios à maleficis infeſtata ſit, ſed beneficis configurata. Etenim coniunctio, vel oppoſitio Lunæ cum Saturno vel Marte, vel cum capite ac cauda venæ ſectionẽ impedit per diem vnũ ante & poſt dictas configurationes. In quadrato autem illorum maleficorũ cũ Luna, tantiſper à phlobotomia ſuperſedendũ eſt, quouſque maleficus per gradus duodecim ante, & per gr. 8. poſt à Luna ſeparetur. Eſt autẽ bona coniunctio Lunæ cum Ioue vel Venere, modo Venus non ſit cõbuſta, ad promouendã minutionẽ ſanguinis; necnon & trinus, quadratus vel ſextilis eorũdem aliquid auxilij ſuppeditat. Laudabilis etiam eſt trinus vel ſextilis aſpectus Solis & Iouis vel Lunæ, aut etiam trinus vel ſextilis Martis & Lunæ. Adhæc congreſſus etiam Lunæ cum ſtellis fixis imprimis fugiendus eſt, vt ſunt pleiades, hiades, præſepe & aſelli, lances, hercules, caput Meduſæ, & aliæ de natura maleficorum.

Tertiò eligendum eſt ſignum conueniens complexioni ægroti, vt in illo Luna reperiatur, dum vena incidenda eſt. Enimuerò in ſignis igneis, vt ♈, & ♐, minutio prodeſt phlegmatis. Excipitur tamen ſignum Leonis, quod ſit domus Solis & ſignum ardentiſſimum. In ſignis aereis ♎ & ♒, minutio conuenit melancholicis: ſignum autem ♊ ideo excluditur, quod ſpatulis, brachijs, & manibus præeſt: poteſt tamen & in illo ſanguis euacuari in alijs corporis partibus, aut membris. In ſignis aqueis ♋, ♏, & ♓, ſit minutio pro cholericis, licet nonnulli caueant à ſigno Scorpij, eò quòd in illo Mars prædominetur, & Luna à domo cadat: In ſignis terreis ♉ ♍ & ♑ ſanguinis extractio omnis parum bona eſt, ſed tamen pro cholera nigra ſeu melancholia poteſt Luna ſecundum nonnullos in illis ſignis accipi. Pro ſanguineis verò bona ſigna ſunt ♈, ♎ & ♒, mediocria autem ♋ & ♓. Extat autem de ſupradictis Almanſoris Aphoriſmus 24. & 32. Hoc autem imprimis obſeruandum eſt, nè Luna præſit ſigno illi, quod membro dominatur, ex quo ſanguis educendus eſt: nam cum Luna ſoleat totum corpus humectare, tanto magis membrum illud, quod incidendum eſt, humore replebit; vnde ſi ferrum ipſi adhibuerimus, non vulgare periculum ob immoderatum effluxũ poterit exoriri. Extat hac de re auctoris centiloquij enunciatum 20. quod ait. Membrum ferro non percutito, cum Luna ſignum tenuerit, quod membro illi dominatur. Vnde non minoris eſt considera-

tionis aphoriſmus ille vulgaris: Caue ne Luna exiſtēte in Ariete caput tangas, tum præcipuè ſi infortuna ibi radios dirigat; ſed ſi ab initio ibi fuerit infortunata, violenti caſus effectum ſimilem producet.

In Ariete itaque cephalica ſeu capitis vena excipitur, in Cancro pulmo & venæ cordis reijciuntur, in Libra nates, in Sagittario coxæ, in Aquario tibiæ, & denique in Piſcibus venæ pedum.

Quartò & ſignum in Horizonte ortiuo ſcandens obſeruandum eſt, dum ſanguinis fit euacuatio; cauendum enim eſt ne ſigni aſcendentis dominus, vel etiam Luna ſit in ſexta vel octaua Cœli domo, & ne cognationem habeat cum dominis dictorum locorum, aut maleficis aliqua ratione copuletur; & ſi ita fieri poterit, optimū erit vt malefici ab angulis decidant.

Adhæc diligens adhibenda eſt cura, ne ſignum quod tempore euacuationis aſcendit, ab initio naſcēdi, aut in reuolutione annua infeſtatum ſit à maleficis; idque etiam de ſigno quod Luna obtinet, obſeruandum eſt.

CAPVT XXVIII.

De curatione particularium morborum ſecundum aſtra, vt facilius ac citius, quo ad fieri poteſt, cura efficiatur.

ADIVVAT cœleſtium conſtellationum electio ad particularem morborum curam, vt teſtantur Medici Aſtrologiæ periti, atq; imprimis Marſilius Ficinus in Libro de Vita cœlitus comparanda. Quam curandi methodum per Aſtrologicas rationes ſi quis ſequi voluerit, oportet vt imprimis attendat, quæ ſigna dominentur membro malè affecto; ſicut à nobis traditum eſt Capite 2. Deinde videndū à quo planeta morbus proueniat, idq; ex Cap. 13. Primò itaque in omni curationis tempore reſpice ad locum morbi in corpore, & cura vt luminaria inueniantur in ſigno illi membro prædominante, aut ſaltē, vt tale ſignū in Horizonte ortiuo ſcandat. At ſi neutrū horū obtineri nequit, ſufficiet Lunam obtinere ſignū eiuſdem quadrantis; vt verbi gratia ſit ægritudo in parte corporis ſuperiore complectente caput, guttur, & ſuperiorē pectoris partē; curabis itaq; vt huic ægritudini ſubuenias, dum Luna eſt in aliquo trium ſignorum primi quadrantis, vt in ♈ ♉, & ♊. At ſi ægritudo ſit in ſecunda corporis parte, à ſpatulis, vſq; ad vmbilicū, medelam adhibe, dum Luna eſt in ſecun

do

do quadrante,vt in ♋ ♌ & ♍. Si morbus erit ab vmbilico vſque ad genua tam in anteriore, quàm in poſteriore corporis parte,cura eundem exiſtente Luna in ♎ ♏ & ♐.Denique in inferiore corporis parte à genibus vſque ad pedes curam adhibe morbo dum Luna eſt in vltimo quadrante,vt in ♑ ♒ & ♓. Caue autem ne Luna ſit in ſigno fixo,morbum enim protrahere ſolent hęc ſigna , inter quæ peſſimũ eſt Leo,mitius,Taurus.

Secundo fortificandus eſt planeta morbi auctor, vt ſcilicet ſit à maleficis liber,& cum beneficis configuratus,maximè cum Luna,necnõ vt ſit in fœlici Cœli loco.

Tertiò præcauendum eſt,ne Luna incidat in horoſcopum, & ſi fieri poteſt,vt in illam domum incidat,quæ membro male affecto præeſt,ſicut diximus Cap.2.Aut ſaltem cura,vt beneficus illam domum obtineat,abſit maleficus . Sit denique Luna iuncta fortunato planetæ, vel per corpus,vel per aſpectum,ſit velox curſu,aucta lumine,& à maleficis libera,& ab octaui ac ſexti loci domino ſeparata.

Quartò ſaluus ſit horoſcopi dominus à maleficis , & in bono Cœli loco beneficus vel beneficis configuratus,& à domino ſexti ac octaui loci ſeiunctus.


Exempli gratia in cura oculorum obſeruatis his , quæ diximus ſupra,conſtitues Iouem in aſcendente , vel in bono loco configuratum aſcendenti; cauebis autem à conſtellationibus,quæ oculis obſunt , de quibus Cap. 3. Neque Luna ſit in aſcendente, & in ſignis terreis,nec Marti coniuncta,dum Chirurgus morbo oculorum manum admouet. Quæ omnia circa oculorum curam tradidit Hermes aphor. 39.

AD BENEVOLVM LECTOREM.

POSTEAQVAM nunc doctrinam de legitimo Aſtrologię in Medicina vſu abſoluimus, non minoris commodi ſtudioſis futurum arbitrati ſumus, ſi obſeruationes aliquas, tum aliorum, tum noſtras, ſecundum hæc præcepta inſtitutas ſubiecerimus. Poterunt enim hiſcè veſtigijs inſiſtere iuniores, & facilius etiam, quæ à nobis in hoc libello tradita ſunt, intelligere. Noſtræ autem obſeruationes, vt quod res eſt fatear, non ſunt à nobis ad hunc finem tempore elapſo inſtitutæ, vt pro Aſtrologico Medicinæ vſu aliquando ſubſeruirent; id enim ſi egiſſem, diligentius profectò ægritudinum nonnullarum progreſſum obſeruaſſem; nihilominus tamen ſubſeruire poterunt, vt conſenſus ſignificationum cœleſtium, tum figurarum morbi, tum natiuitatum Medico innoteſcat. Nos enim in eo hucuſque toti fuimus, vt euentus ſeu effectus directionum tum in Zodiaco, tum in Aequatore factarum, necnō & totius artis Aſtrologicæ veritatem experientia comprobaremus. Cæterùm quas ex Boderio obſeruationes attulimus, illas omnes exactiori calculo ſubiecimus, quippè cum is ſolùm ad integros gradus figuras ſuas cœleſtes ex calculo Alphonſino liberiore vſu erexiſſet; figuræ autem ipſæ ita inordinatè ac confusè à typographo editæ ſunt, vt vix cognoſcas, quæ ſitum, aut Cœli locum planetæ ſortiantur.

PRIMA OBSERVATIO.

De cubitus Socratis laborantis tertiana febri, poſitus pro exemplo à Federico Chriſogono Iaderuno Medico inſigni.




In hac figura horoſcopus conſiderandus eſt cum eius domino, quem horoſcopum inueni in ♒ gr. 23 & Saturnum dominum eius retrogradum in ♈ cadentem in ſecunda domo in ſuo detrimento, ſeu in caſu ſuæ exaltationis: Solem etiam in ipſum fulminātem ex domo mortis exiſtentem cum ☿ retrogradoſ, qui quidem ſtatus horoſcopi & Saturni mali ſignificant Socratem à forti cauſa decubuiſſe. Domi-

nos etiam aſcendentis & Luna, qui ſupra corpus dominium habent in ♈ ſigno exiſtentes: Sol etiam & Mercurius morbi cauſa exiſtentes inuenti ſunt in ♎ ſigno etiam mobili, quæ ſigna mobilia humores de ſui natura in motu ſemper ponere conſueuerunt, & in ebulitionem. qui corrupti febrem cauſant malignam. Cognita cauſa efficienti ebulitionis humorum, quærenda eſt cauſa, ſcilicet qui humores, à quibus Stellis corrumpuntur. Saturnus dominus aſcendentis & ☽ qui ſupra humores domini ſunt in ♈ ſigno mobili, & igneo: Sol etiam cum ☿ combuſto morbum Socratis cauſantes cum radijs Martis ex quadrato influentis, & ſupra febrem ſignificationem addentis. Hæc quidem conſtellatio febrem ex materia cholerica à prædominio ſignificarunt. Luna verò, quæ humida eſt & nocturna, ad Saturnum fluens, qui frigidus eſt, corruperunt phlegmatis partes ſubtiles, quibus admixta materia multa cholerica iam à Sole, & Marte corrupta, fecerunt materiam ſalſam & febrem cauſonidem, quæ maligna ſemper eſſe ſolet, attento etiam tēpore anni, quia in fine Aeſtatis, quãdo tales febres ſolent cauſare. nunc autem cognoſcenda eſt minora huius febris. Sol autem cum in hac febre Socratis cauſa morbi extiterit cum Martis ſydere, qui Sol ſupra corpus ſign. Mars verò ſupra ipſum epar, dico quod materia huius febris fuit principaliter in corde & eius venis, communicata tamen ipſi epati & alijs eius venis magnis: attento etiam quia in regione epatis reperta fuit ſatis notabilis tenſio & oppilatio. Capitulando ergo præſentem ægritudinem erit febris cauſon ex materia ſalſa continua proportionalis de tertio in tertium magis affligens. Cognita autem eſſentia ægritudinis, & ipſa capitulata: certè tunc prognoſtica erunt facilia (inſpectis cauſis omnibus) quæ cum multæ & fortes extiterint ſupra mortem ſignificarunt. Quare etiam prima die prognoſticauimus ægrum moriturũ. Conſideratis etiam alijs accidentibus, quæ à poſteriori à Medicis tradita ſunt ſuper idem arguebant: virtus enim ſubito ceciderat, neque cum morbo pugnare cauſa fuit propter materiæ venenoſitatem. Aeger & aſtantes perteriti, & Medici de ſalute heſitantes, vniuerſalia exhibuerunt magis blandiendo ipſi materiæ, quam ipſam irritando. In die tertia ab ægritudine fuit ſecundus paroxiſmus, Luna tamen in illa non poteſt eſſe in aliquo aſpectu ad gradum hora decubitus: ideo nõ fit aliquod iudicium per Lunæ curſum, dum vacua & ſine aſpectu eſt. Sed ſtatus Lunæ quærendus eſt in primo ſextili, qui erit die quinta currente, quam inueni in gr. 23 ♊ fluẽtem à cauda draconis ad ſextilem Saturni malè affecti: ſimiliter & ad trinum Solis & Mercurij, qui quidem aſpectus quamuis ſint amici per naturam, tamen malitia Saturni retrogradi & Solis malè affecti in domo mortis contra operati ſunt cum fortitudine contra hos amicos

cos aſpectus : ideò hic ſextilis Lunæ modicum virtutis ægri ſubleuauit. Tertius ſtatus Lunæ contemplandus eſt in die ſeptima, quando ſcilicet peruenerit ad aſpectum quadratum loci decubitus, quam inueni coniunctam Ioui & in oppoſitione Martis, & in quadrato aſpectu Saturni, quæ mala conſtellatio idem confirmabat, quod & principium ægritudinis ſignificauerat, & niſi Iupiter opem præſtitiſſet, & virtutem ſubleuaſſet, fuiſſet criſis eodem die in malum, quamuis ſatis intenſa & mala accidentia apparuiſſent. Die autem Iouis nona & in trino aſpectu ad locum decubitus Luna peruenerit ad ♌ grad. 23 & ad trinum Veneris, & ſextilem Mercurij, eger remiſſius ſe habuit propter hos amicos aſpectus partim, & partim per ea, quæ exhibita fuere euacuando, digerendo, confortando cum bono regimine in ſex rebus non naturalibus : neque Medici confidant in ſimili ſubleuatione, quando viderint, quod in decimaquinta planetæ ſupra mortem ſignificantes fuerint apodecati & fortes, & boni planetæ malè affecti. In alijs verò diebus 11 ſcilicet & 13 quando Luna fit vacua curſu, per quam non fit iudicium in tali eſſe, dicat Ptolemæus quicquid velit in 60 verbo centiloquij, ſcilicet quòd ſtatus Lunæ obſeruandus eſt in ſingulis angulis figuræ ſexdecim laterum. In die Mercurij 15. ab ęgritudine Luna peruenit ad Libræ gra. 23 & in aſpectum oppoſitum ſui principij, qui aſpectus cum ſit malus & maximè ſolet grauare virtutem, quam ſtimulando ſolicitat ad criſim & ad pugnam eò magis, quia peruenit ad coitum Mercurij, & quadratum Martis, & oppoſitionem Saturni, qui quidem Mercurius cùm Sole fuerunt cauſa morbi cum quadrato aſpectu Martis : tanta enim potentia iſtorum fuit ad cauſandam mortem huius ægri, quod neque ſextilis aſpectus Veneris, neque Iouis quadratus contulerunt, & minus exhibita. Sed æger hora 12 noctis ſequentis Luna deſcendente & Marte refluente vitam cum morte commutauit. Quæ profecto omnia etiam prima die cognita & prognoſticata fuere, ex cognitione ſcilicet cauſarum efficientium, quæ ſunt Stellæ & formæ cęleſtes inſpecta figura ſic æquata, ex qua cognitione patet, quòd tota latitudo facultatis Medicinæ ſine hac arte priuata & imperfecta eſt, maximè ipſius Auicennæ, qui declinauit ab hac ſciētia, excuſando ſe, quod ad alium artificem ſpectat de futuris, ſcilicet de diebus criticis per Stellas iudicare, ſed ad accidentia, & ad ea, quæ per criſes apparent ſe conuertere voluit,

Secunda obſeruatio,

Augerij Perrerij in ægroto tertiana febri duplici laboranti.




Inuaſit quendam tertiana duplex, anno & hora ſicut ſupra, quo Luna Marti iungebatur. die 26 ſumpto purgante medicamento febris eum reliquit, quo die quadratus Solis aſpectus obeſſe non potuit, quod in initio morbi Solem Luna nulla potenti radiatione pulſaſſet. Die 27 28 29 perfectè curatus videbatur, neque vlla febris veſtigia apparebant. Die 30, qui octauus à principio ægritudinis erat, tetragonus Martis radius febrem continuam cum periculoſis accidétibus ex leuiſſima cauſa excitauit; vt iam eo die & delirare inciperet,

ciperet, & floccos euellere, & ad oblata minimè bene ſe habere. Verū quia in morbi exordio Luna à Martis congreſſu Veneris aſpectum petebat, ceſſare cęperunt periculoſa omnia ſymptomata die ſexto Maij, qui decimusquartus erat ab initio morbi, quo Venus trigonum cum Luna effecit. Nec oppoſitio Martis rurſus obfuit die 8. Maij:, quòd à Marte ad Iouem, mox ad Venerem Luna fęliciter pertranſiret. Fortunas autem certum eſt præſeruare, quocunque aſpectu infortunas, vel Lunam attigerint. Hæc autem ita ventura indicauerant ſextiles trigonique Martis & ☽ radij.

Tertia obſeruatio ex Cardano.

Decubitus Ioan. Antonij de Campionibus.



Io. Antonius de Campionibus (ait Cardanus) annorum circiter triginta ex itinere ægrotauit, primum quidem vt viſus eſt leuiter vſque ad quartam diem, quòd Luna eſſet in ſextili Veneris & Venus illam reciperet; nam Venus ęrat in ſuis dignitatibus.

Et

Et quia Luna erat curſu valdè tarda, morbus non eſt viſus accipere incrementum, remorante vt dixi Venere, quæ Luna attigit partem vigeſimamquintam ♊ in diebus tribus horis 18. fermè, ob motus tarditatem, vnde protracta eſt quarta dies; tunc verò occurrit Iouis & Martis ✶ in ♌, & cum ſtellis humidis, ideo factum eſt incendium magnum, & turbulentia in vrina, quæ ob protenſam quartam diem viſa ſunt habere initium in quinta. In ſeptima verò cum nondum perueniſſet ad nonageſimum gradum diſtantiæ ob motus tarditatem, ſed ad Leonis initium tantùm, deterrimè ſe habuit, quoniam nulli beneficæ occurrit (immò incidit in antiſcio Solis exiſtentis in ſexta domo, & in caput draconis) ſimiliter in octaua & nona morbus augebatur: quia tunc Ioui & Marti iunctis iungebatur, & quia erant inter humidas ſtellas, ſudauit. Calor enim cum humido ſudorem creat, & vrinam multã, quam reddidit. In vndecima ſudauit, fuit tamen cum magno labore: nam Luna oppoſitum ♄ ſuperauit, ſed ei ſucceſſit ✶ ♀.

Duodecima ægrè ſe habere viſus eſt, quia multum delirauit. Sed tamen ob Veneris ✶ vrinæ concoctæ apparuere. Decimatertia ob Mercurij quadratum (quia inimicus eſt horoſcopi) nihilo deterius ſe habuit, quia erat motus iam ad ſalutem; ſed nec melius ob Mercuriũ: decimaquarta ſudauit iterum, & melius ſe habuit. In ea non potuit ſolui morbus, quia Luna non peragrauerat niſi partes 174. minuti 22. & oportuit extendi morbum ad 17. vſque. In decimaquarta tamen occurrit ☽ ſextili Iouis & Martis, & quadrato Veneris, ideo ſudauit, decimaſeptima liber euaſit, cum iam Luna oppoſitum loci ſuperaſſet, & trino Veneris applicuiſſet. hactenus Cardanus.

Quarta

Quarta obſeruatio ex eodem Cardano.

Decubitus eiuſdem, qui mortuus eſt die decimaquarta.



Hic Lunam ab initio habuit in quadrato Veneris, ex intemperie cibi & potus ægrotauit, celeriter grauatus eſt ob motum Lunæ velocem, in ſeptima deterius valdè ſe habuit, nam Luna erat cum cauda, & vacua à Iouis aſpectu ibat ad ☍ ♀, & tunc Sol □ ♄ affligebatur. Octaua leuari viſus eſt fluente è naribus ſanguine, ſed tamen virtus cecidit ob Veneris oppoſitum. Nona aliqualiter reſpirare viſus eſt ob trinum Solis. Decima fuit locò vndecimæ, cum ad angulum, ideſt Piſcium initium perueniſſet ad ☍ ♃ & ♂.

In vndecima par erat illum mori, cum ad Saturni coniunctionem

hora

hora decima, ad Solis □ hora decimaoctaua perueniſſet. Mortuus eſt quinta Iunij h. 3. ante meridiem, & fuit initium decimæquartæ, & Luna peruenerat ad oppoſitum loci ſui ad vnguem. Hactenus Cardanus.

Cæterum quod hic decubitus debuerit eſſe lethalis, colligitur ex Luna, quæ vix horoſcopum ſuperauit, quæ quidem lumen Saturni per antiſcium colligit, ipſumque defert ad Venerem per tetragonum intuitum horoſcopum & octauæ dominam, quæ in angulo medij cœli comperitur, vnde congruunt hic ferè tres aphoriſmi capitis 22. lethales, nempe 19. 23. & 33. Iupiter autem hexagono radio reſpiciens Lunam ac horoſcopum non potuit opem ferre, ſed tantum ipſum morbum prolungare, quia corporaliter coniunctus eſt malefico Marti, qui horoſcop ihortis eſt ob ♎ ſignum.

Quinta obſeruatio ex eodem Cardano.


Initium ægritudinis ex transfoſſione brachij Baptiſtæ Cardani, ex qua obijt.



Hic alter (ait Cardanus) affinis meus erat & vir ſexagenarius, cùm vulne-

vulneratus eſt, Luna à Marte ſeparabatur, & Mars cum capite erat, & Luna cum cauda, & applicabat Saturno & Iouis infelicis oppoſito; non tamen ſtatim grauatus eſt, quia ☽ ibat ad ſextilem Mercurij, & vulnus erat bracchij transfoſſio. Quarta grauatus eſt propter Solis quadratum, caruit tamen febre quia nulla malefica oppugnabat, ob id vſque ad decimam adeò leuatus eſt, vt ſurgeret. In vndecima grauatus eſt hora noctis tertia, cum Luna ad oppoſitum Solis tenderet. Hic autem erat anæreta, dominus ſiquidem oppoſiti loci Lunæ. Et poſt ☽, ad Mercurij oppoſitum ibat. Febre igitur, & ſanguinis profluuio correptus eſt 14. die, quæ fuit ſecunda Ianuarij hora diei tertia, cum Luna corpore Marti iungebatur, expirauit. Hæc Cardanus. Verificantur hic aphoriſmi 11. 16. & 32. capitis 22.

Sexta obſeruatio ex Thoma Boderio.



Quidã anachoreta ægrotare cępit, ac viribus deſtitui Luna pmeãte

X 30. Leo-

30. Leonis, ſeu initium ♍, ac conſtituta in aſpectu Solis, Martis, & Iouis domini domus mortis collegiati quadrangulari radiatione cum Saturno. Ex his radiorum commixtionibus exoritur ęgrotatio à fluxu ventris (pro Galeni ſententia cap. de ſchematibus ☊ in ♍) cum dolore hypochondriorum, vena inciſa, iuxta Medici mandatum, ac ſumpto medicamento obijt die 9. ab initio morbi Luna diametraliter verberibus ♂ pulſata, ac ſtante ad Iouem dominum octaui loci. Hactenus Boderius. Quod hic occubitus ſit mortalis, colligitur ex Sole primum, qui dominus eſt horoſcopi, cum lędatur tetragono radio à Saturno in ſexta domo, præſertim quod Sol eſt cum cauda, nec ipſi auxiliatur Iupiter ſuccedens, cum ſit dominus domus mortis. Præterea ☊ concurrit etiam ad conſignificandam mortem cum ſit in horoſcopo transferens lumen Solis horoſcopi domini ad Iouem octauæ dominũ. Vide aph. 11.16.22.23.33. capitis 22.

Septima obſeruatio ex Thoma Boderio.



Filius cuiuſdam nautæ celeriter febre diutina captus fuit, Luna per-

perambulante gr.24. ♈ à Saturno horoſcopi domino 21. ♒ poſſidente ad Solem octauæ ſtationis hoſpitatorem 25. ♈ gradum incubantem accedebat, ea ratione infortunata, quia radijs ſolaribus occultata, die 6. ab ægrotationis exordio ipſa Luna 8. Cancri gradum attingente alui excrementa deiecit febre abeunte ipſamet die. Quibus è rebus à matre diem & horam radicis natiuitatis habui, ſignum ♋ in radice oppido quam fauſtum erat, maximè 8 pars Cancri, pariter & die prædicta, quia Sol, Venus, & Iupiter dictum octauum gradum feliciter irradiabant, & Mercurius quadrata radiatione. Quapropter hæc quatuor ſyderum ſocietas prædictam Luam intuentium boni iudicij ſignum attulit; non ab re conſcripſimus aliquos dies eſſe particulares, quorum figuræ natales nos certiores reddunt, vt de his ſententia feratur vera, nihiloſecius licet perfectè ſanus antè videretur, reuertente citra manifeſtam cauſam febre, ab humanis deceſſit prædictus puer: quia decubitus lethalis erat. Ratio exitij ipſius pueri principalis & præcipua decernitur ex Luna à domino aſcendentis ſegregata, cum Sole octaui domicilij domino ſe colligante, ideo Lunæ combuſtionem minimè fuiſſe primam, & principalem occaſionem teneo: Hucuſque Boderius. Vide Aphor. 23. 24. & 27. cap. 12.

Octaua obſeruatio ex eodem Boderio.



Quidã ſcriba febre acerba cũ dyſenteria decumbere cępit Luna in horoſcopo platicè poſita in 16. ♓ partem peragrante, deinde 45. gradũ ab initio morbi perambulãte ac quatuor ſyderum aſpectibus irradiata, conſultis Medicis in viuis eſſe deſijt; decubitus.n.fatalis erat. Hucuſque ex Boderio qui plura ẽt proſequitur, ſed quæ veram huius decubitus cauſam nõ concernant. Martis igitur certior indicatio colligitur à Luna poſita in horoſcopo prope caudã infortunata & à Sole tetragono Martis applicante, quin & à Venere horoſcopi domina cũ Marte poſſidente domũ ſextam, & octauæ domui imperante cõmixta. Vbi igitur ☽ applicuit quadrato ♂ in initio ♉ prope ſemiquadratũ ipſiuſmet Lunæ, & ſimul Sol attingit tetragonum Saturni interijt hic ægro-

ægrotans tertia ſcilicet die Maij, quæ fuit quarta ab initio morbi. Vide aphor. 22. 28. & 33. vigeſimiſecundi capitis.

Nona obſeruatio ex eodem Boderio.



Guillelmus Gronetus grauiſſima ægritudine compreſſus fuit hora vt ſupra; Medicus illius ægroti venam percuti mandauit, ſed noluit ipſum audire. Prædixi hunc ægrotantem fore cardiacum pro opinione Galeni libro de decubitu infirmorum c. de ſchematibus ☽ in Leone: qm̃ Luna à Sole & Marte laceſſita pagrabat ♌ in 4. domicilio poſitũ, & gradũ 4. domicilij occupantẽ, & ita vſu venit intra quatuor dies ab hora decubitus diem ſuum obijt ipſe Cardiacus. Hucuſque Boderius.

Hic ſunt plures mortis indicationes, nimirũ ☽ in tetragono exacto Martis dñi ſextæ ac ipſam ſextam poſſidentis qui ẽt octauę domui ob altitu-

Octaua obſeruatio ex eodem Boderio.



Quidā ſcriba febre acerba cū dyſenteria decumbere cępit Luna in horoſcopo platicè poſita in 16. ♓ partem peragrante, deinde 45. gradū ab initio morbi perambulāte ac quatuor ſyderum aſpectibus irradiata, conſultis Medicis in viuis eſſe deſijt; decubitus.n.fatalis erat. Hucuſque ex Boderio qui plura ēt proſequitur, ſed quæ veram huius decubitus cauſam nō concernant. Martis igitur certior indicatio colligitur à Luna poſita in horoſcopo prope caudā infortunata & à Sole tetragono Martis applicante, quin & à Venere horoſcopi domina cū Marte poſſidente domū ſextam, & octauæ domui imperante cōmixta. Vbi igitur ☽ applicuit quadrato ♂ in initio ♉ prope ſemiquadratū ipſiuſmet Lunæ, & ſimul Sol attingit tetragonum Saturni interijt hic ægro-

ægrotans tertia ſcilicet die Maij, quæ fuit quarta ab initio morbi. Vide aphor. 22. 28. & 33. vigeſimiſecundi capitis.

Nona obſeruatio ex eodem Boderio.



Guillelmus Gronetus grauiſſima ægritudine compreſſus fuit hora vt ſupra; Medicus illius ægroti venam percuti mandauit, ſed noluit ipſum audire. Prædixi hunc ægrotantem fore cardiacum pro opinione Galeni libro de decubitu infirmorum c. de ſchematibus ☽ in Leone: qm̃ Luna à Sole & Marte laceſſita pagrabat ♌ in 4. domicilio poſitũ, & gradũ 4. domicilij occupantẽ, & ita vſu venit intra quatuor dies ab hora decubitus diem ſuum obijt ipſe Cardiacus. Hucuſque Boderius.

Hic ſunt plures mortis indicationes, nimirũ ☽ in tetragono exacto Martis dñi ſextæ àc ipſam ſextam poſſidentis qui ẽt octauę domui ob altitu-

Octaua obſeruatio ex eodem Boderio.




Quidã ſcriba febre acerba cũ dyſenteria decumbere cępit Luna in horoſcopo platicè poſita in 16. ♓ partem peragrante, deinde 45. gradũ ab initio morbi perambulãte ac quatuor ſyderum aſpectibus irradiata, conſultis Medicis in viuis eſſe deſijt; decubitus.n.fatalis erat. Hucuſque ex Boderio qui plura ẽt proſequitur, ſed quæ veram huius decubitus cauſam nõ concernant. Martis igitur certior indicatio colligitur à Luna poſita in horoſcopo prope caudã infortunata & à Sole tetragono Martis applicante, quin & à Venere horoſcopi domina cũ Marte poſſidente domũ ſextam, & octauæ domui imperante cõmixta. Vbi igitur ☽ applicuit quadrato ♂ in initio ♉ prope ſemiquadratũ ipſiuſmet Lunæ, & ſimul Sol attingit tetragonum Saturni interijt hic

ægro-

ægrotans tertia ſcilicet die Maij, quæ fuit quarta ab initio morbi. Vide aphor. 22. 28. & 33. vigeſimiſecundi capitis.

Nona obſeruatio ex eodem Boderio.



Guillelmus Gronetus grauiſſima ægritudine compreſſus fuit hora vt ſupra; Medicus illius ægroti venam percuti mandauit, ſed noluit ipſum audire. Prædixi hunc ægrotantem fore cardiacum pro opinione Galeni libro de decubitu infirmorum c. de ſchematibus ☽ in Leone: qũ Luna à Sole & Marte laceſſita pagrabat ♌ in 4. domicilio poſitũ, & gradũ 4. domicilij occupantẽ, & ita vſu venit intra quatuor dies ab hora decubitus diem ſuum obijt ipſe Cardiacus. Hucuſque Boderius.

Hic ſunt plures mortis indicationes, nimirũ ☽ in tetragono exacto Martis dñi ſextæ àc ipſam ſextam poſſidentis qui ẽt octauę domui ob altitu-

Octaua obſeruatio ex eodem Boderio.



Quidã ſcriba febre acerba cũ dyſenteria decumbere cępit Luna in horoſcopo platicè poſita in 16. ♓ partem peragrante, deinde 45. gradũ ab initio morbi perambulãte ac quatuor ſyderum aſpectibus irradiata, conſultis Medicis in viuis eſſe deſijt; decubitus.n.fatalis erat. Hucuſque ex Boderio qui plura ẽt proſequitur, ſed quæ veram huius decubitus cauſam nõ concernant. Martis igitur certior indicatio colligitur à Luna poſita in horoſcopo prope caudã infortunata & à Sole tetragono Martis applicante, quin & à Venere horoſcopi domina cũ Marte poſſidente domũ ſextam, & octauæ domui imperante cõmixta. Vbi igitur ☽ applicuit quadrato ♂ in initio ♉ prope ſemiquadratũ ipſiuſmet Lunæ, & ſimul Sol attingit tetragonum Saturni interijt hic

ægro-

ægrotans tertia ſcilicet die Maij, quæ fuit quarta ab initio morbi. Vide aphor. 22. 28. & 33. vigeſimiſecundi capitis.

Nona obſeruatio ex eodem Boderio.



Guillelmus Gronetus grauiſſima ægritudine compreſſus fuit hora vt ſupra; Medicus illius ægroti venam percuti mandauit, ſed noluit ipſum audire. Prædixi hunc ægrotantem fore cardiacum pro opinione Galeni libro de decubitu infirmorum c. de ſchematibus ☽ in Leone: qm̃ Luna à Sole & Marte laceſſita pagrabat ♌ in 4. domicilio poſitũ, & gradũ 4. domicilij occupantẽ, & ita vſu venit intra quatuor dies ab hora decubitus diem ſuum obijt ipſe Cardiacus. Hucuſque Boderius.

Hic ſunt plures mortis indicationes, nimirũ ☽ in tetragono exacto Martis dñi ſextæ ac ipſam ſextam poſſidentis qui ẽt octauę domui ob

altitu-

30. Leonis, ſeu initium ♍, ac conſtituta in aſpectu Solis, Martis, & Iouis domini domus mortis collegiati quadrangulari radiatione cum Saturno. Ex his radiorum commixtionibus exoritur ęgrotatio à fluxu ventris (pro Galeni ſententia cap. de ſchematibus ☽ in ♍) cum dolore hypochondriorum, vena inciſa, iuxta Medici mandatum; ac ſumpto medicamento obijt die 9. ab initio morbi Luna diametraliter verberibus ♂ pulſata, ac ſtante ad Iouem dominum octaui loci. Hactenus Boderius. Quod hic occubitus ſit mortalis, colligitur ex Sole primum, qui dominus eſt horoſcopi, cum lędatur tetragono radio à Saturno in ſexta domo, præſertim quod Sol eſt cum cauda, nec ipſi auxiliatur Iupiter ſuccedens, cum ſit dominus domus mortis. Præterea ☽ concurrit etiam ad conſignificandam mortem cum ſit in horoſcopo transferens lumen Solis horoſcopi domini ad Iouem octauæ dominū. Vide aph. 11. 16. 22. 23. 33. capitis 22.

Septima obſeruatio ex Thoma Boderio.



Filius cuiuſdam nautæ celeriter ſebre diutina captus fuit, Luna per-

perambulante gr. 24. ♈ à Saturno horoſcopi domino 21. ♒ poſſidente ad Solem octauæ ſtationis hoſpitatorem 25. ♈ gradum incubantem accedebat, ea ratione infortunata, quia radijs ſolaribus occultata, die 6. ab ægrotationis exordio ipſa Luna 8. Cancri gradum attingente alui excrementa deiecit febre abeunte ipſamet die. Quibus è rebus à matre diem & horam radicis natiuitatis habui, ſignum ♋ in radice oppido quam fauſtum erat, maximè 8 pars Cancri, pariter & die prædicta, quia Sol, Venus, & Iupiter dictum octauum gradum feliciter irradiabant, & Mercurius quadrata radiatione. Quapropter hæc quatuor ſyderum ſocietas prædictam Luam intuentium boni iudicij ſignum attulit; non ab re conſcripſimus aliquos dies eſſe particulares, quorum figuræ natales nos certiores reddunt, vt de his ſententia feratur vera, nihiloſecius licet perfectè ſanus antè videretur, reuertente citra manifeſtam cauſam febre, ab humanis deceſſit prædictus puer: quia decubitus lethalis erat. Ratio exitij ipſius pueri principalis & præcipua decernitur ex Luna à domino aſcendentis ſegregata, cum Sole octaui domicilij domino ſe colligante, ideo Lunæ combuſtionem minimè fuiſſe primam, & principalem occaſionem teneo: Hucuſque Boderius. Vide Aphor. 23. 24. & 27. cap. 22.

ægrotans tertia ſcilicet die Maij, quæ fuit quarta ab initio morbi. Vide aphor. 22. 28. & 33. vigeſimiſecundi capitis.

Nona obſeruatio ex eodem Boderio.



Guillelmus Gronetus grauiſſima ægritudine compreſſus fuit hora vt ſupra; Medicus iſtius ægroti venam percuti mandauit, ſed noluit ipſum andire. Prædixi hunc ægrotantem fore cardiacum pro opinione Galeni libro de decubitu infirmorum c. de ſchematibus ☽ in Leone: quũ Luna à Sole & Marte laceſſita pagrabat ♌ in 4. domicilio poſitũ, & gradũ 4. domicilij occupantẽ, & ita vſu venit intra quatuor dies ab hora decubitus diem ſuum obijt ipſe Cardiacus. Hucuſque Boderius.

Hic ſunt plures mortis indicationes, nimirũ ☽ in tetragono exacto Martis dñi ſextæ ac ipſam ſextam poſſidentis qui ẽt octauę domui ob altitu-

Vndecima obſeruatio ex eodem Boderio.



Quidam ordinis Auguſtinenſis die & hora, vt ſupra febre aſſidua, & ardenti correptus decubuit gr. 11 ♈ Lunam ferente diſiunctam à Sole octauam dicti Arietis partem tenente, qua de re ipſa Luna radijs ſolaribus calefacta, ad primum hexagonum accedente à Marte ad Solem iter habente ſine beneficarum præſidio plurimum vexatus fuit iſte æger, de hinc locum trigonum tangente ac Solis, Saturni, & Mercurij aſpectibus etiam Iouis radios per ſuum antiſcium irradiata, fęliciter ſe habuit iſte æger, nihilo tamen ſocius adunguem minimè percuratus fuit, propterea pauco poſt tempore inter viuos agere deſijt, quia ☿ Orientis dominus in domo mortis inuetus, Marti do-

mino

mino prædictæ octauæ cęlorum ſtationis immixtus erat. Hęc Boderius. Vide aphor. 11. 13. 27. 28. capitis 22.

Duodecima obſeruatio ex eodem Boderio.



Quidā lanius acerba febre diutina captus fuit, vt ſupra. Vena inciſa, iuxta Medici mandatum, ſupremum vitæ diem obijt. Decubitus enim fatalis erat, quia Iupiter Orientis dominus retrogradatione vexatus octauum ab horroſcopo locum peragrabat, & per Lunæ tranſlationem Marti copulatus. Hæc teſtimonia huius lanij mortē obnunciabant. Hæc ille. Vide aph. 13. 16. & 29. capitis 22.

Ter-


Decimatertia obſeruatio ex eodem Boderio.



Quidam Faber Ferrarius octauum agens annum occubuit momento ſupra notato nimio febris ardore prægrauatus, quia calidus de vno fonte potauerat, ex quo occubitu mortuus eſt. Hæc Boderius.

Luna in horoſcopo infęliciter collocatur, iuxta aph. 33. 22'. c. pręſertim quia eſt in caſu ſuo, & in diametro ♀ dominæ octauę: Mars prætereа horoſcopi dominus infęlix eſt ob ♋ ac in diametro ♄, atque etiã Sol luminare conditionarium peſſime collocatur in octauo loco ac trigono Saturni, qui Sol deſcendit cum ſtellis infęlicibus, quæ ſunt pleiades ac hiades. Quare tot malis concurrentibus nil mirum hunc ęgrotum interijſſe.


Decimaquarta obſeruatio ex eodem Boderio.



Quidam ſcholaſticus decubuit die 16. Auguſti hora ſicut ſupra annotatum fuit, & ipſa Luna ad quadratum accedente animã reddidit. Boderius non bene cauſam huius lethalis occubitus aſſignat, quã conſtat eſſe manifeſtiſſimè ex malo Lunæ poſitu, quæ cum dominiũ obtineat in domo mortis & à Marte tetragono radio pulſetur, mortem ſignificat; præſertim quod & Sol luminare temporis incidit in octaua domo, & ♃ horoſcopi dominus occurrit in antiſcio ♄, qui demum Saturnus lędit etiam Venerem & Mercurium coniunctos oppoſitis radijs, & horoſcopum tetragonis, vt nihil auxilij reſtet pro hoc ægroto. Cum igitur Luna ad proprium tetragonum & Martis corpus applicuit,

cuit, quod fuit die 23. eiuſdem menſis ægrotus is è viuis deceſſit nimirum in ipſa ſeptima completa ab initio morbi.


Decimaquinta obſeruatio ex eodem Boderio.



Quidam ruricola morbo phrenetico (vt ex Hermete & Galeno libro de decubitu infirmorũ colligi valet c. de ſchematib. ☽ in ♈) laborare cępit hora ſupra notata Luna in hexagona radiatione quadratũ ſubſequente, collocata, vitã amiſit dictus ruricola, quia Luna intra quinq; gradus caudæ draconis hora decubitus copulata erat. Hæc Boderius.

Addi poteſt præceſſiſſe Lunæ Eclipſim proximè nempe die 11. eiuſdẽ menſis h. 15. à meridie, & Lunam eſſe tetragono Martis afflictam. Vide Aphor. 22. & 28. cap. 22.

Decimaſexta obſeruatio ex eodem Boderio.




Quidam Sacerdos non mediocriter morbo prægrauatus pleuritico decubuit hora ſupra annotata, ante quadratum ſputa deiecit, Luna quadrangulum poſſidente ſupremū diem expleuit. Huius Sacerdotis obitus cauſa, in hac quadrangula radiatione decernitur ex Lunæ coitu intra duos gradus cum cauda draconis. Hæc Boderius.

Manifeſtum eſt aūt hunc occubitum perniciem eſſe ſallaturū, quia Sol luminare conditionarium conſtituitur in quadrato Saturni angularis & potentis, qui ēt ♃ infelicem oppoſitis radijs affligit, vt ille nihil auxilij potuerit præſtare; præterea etiam ☿ horoſcopi dominus alligatur Marti octauæ domui, ſuntque ambo cum calamitoſis hiadibus. Interijt itaque die 16. eiuſdem menſis, hoc eſt in ſeptima comple-

ta

ta dum Luna attigiſſet proprium tetragonum coincidentem cum ☊.

Decimaſeptima obſeruatio occubitus Thomæ Boderij.




Labente anno 1545 die & hora, vt ſupra (ait ipſe met Boderius) febre diutina cum thoracis, & hypochondriorum grauitate non vulgariter fatigatus decubui, Luna ad medietatem primam aſpectus perueniente à Saturno, Venere retrograda, & Mercurio ſeparata, Sol, Iupiter, & Mars ipſi Lunæ ſchemata porrigebant, in hexagono obtuſu prędicta Luna à Saturno, Venere, & Mercurio diſcreta. Sol etiam, Mars, & Iupiter ſua ſchemata Lunæ porrigebant: quamuis iſti dies critici opportunis prædictorum ſyderum radiationibus muniti eſſent, ad ſanitatem minimè me reduxerunt, vt ſupra ſcripſimus, tropici ſæpiſſimè menſem excedunt, ſeptem ſeptimanas prægrauatus fui

ex illo

ex illo in febres quartanas huiuſmodi morbus pertranſijt, me ipſum aggrauantes circiter duos annos: prædicta Solis & Martis ſynodus dictam ægrotationem portendit. Mars enim morbos habet acutos. Sol chronicos, Lunæ coitus cum ipſis maiorem vim præbet ad ipſos morbos producendum. Plurimi in noſtro Caleto in Archiepiſcopatu Rhotomagenſi ſito huiuſmodi morbis aggrauati fuere, quorum nonnulli ſenectute confecti in hydropem lapſi ſunt. Omnibus diligenter perpenſis, Medicos plures accerſiui, qui vno ore pronunciauerunt me fore hydropicum, natura tamen cœperat ſubleuari, nihilo ſecius vt mihi cauerem, ligni ſancti decoctionem pro maiori cautela confeci ipſis Medicis refragantibus, de qua portaui decem diebus, ex illo valere cœpi, ac paucis poſtea menſibus corpus meum huiuſmodi ægritudinibus defunctum, ſalubrius fuit, perfectèque conualui. Ex hac noxa valetudine vnum mihi haud incognitum fuit, quod Solis & Martis coitus febres quartanas portendit, maximè ſi Luna copulatur corpore, vel aſpectu. Hæc Ille. Memorabilis profecto eſt hic occubitus, vt non pauci mirentur, cur mortem citam non attulerit, nam Martis & Solis cũ Luna coitus morbum cito ad perniciem terminat. Sed cum Iupiter horoſcopi dominus ſit ſaluus ac potens in propria domo ac in angulo, reſpiciatque trigonis radijs dicta luminaria cum Marte coniuncta dubio procul ægrum ipſum à morte præſeruare potuit, non tamen abſq; longa ægritudine, accedit etiam quod Saturnus mitigatur à radijs trigonis Veneris, qui Saturnus fuit in cauſa vt morbus tránſiret in quartanam. Saturnus enim vt habetur in Aph. 9. deciminoni capitis in aſcendente compertus longos producit morbos.

Deci-

Decimaoctaua obſeruatio ex eodem Boderio.



Vicarius perpetuus Bellebonenſis febre diutina laborare cępit, Luna gra. 17. ♍ à Sole ſupra vnum gradum minimè diſiuncta, vno circiter menſe infirmitate moleſtiſſima cruciatus fuit, hæc febris diutina in tertianam verſa eſt, dehinc in quartanam, poſtremo ſputamine eiecto 12 ante diebus prædicta quartana ſalubriter receſſit. In ſumma colligamus, Lunam radijs Solaribus calefactã, morbi malignantis non autem lethalis iudicium afferre. Hęc ille.

Fatendum eſt certè, hunc occubitum debuiſſe eſſe lethalem, nam præterquam quod Luna combuſta eſt à Sole intra vnum gradum longitudinis, (quæ Sola indicatio videre poteſt ſufficiens ad mortem cauſan-

cauſandam,ſicut diximus aph.17.cap.22.) ſunt etiam ambo luminaria læſa à Saturni diametro, qui dominus eſt horoſcopi & Sol octauę domui præeſt,vnde congruit hic aph.11.dicti met.22. capitis. Cæterum cum ♃ valdè potens luminaribus ipſis affulgeat ſuo hexagono radio,& cum Venus etiam auxiliares præſtet radios horoſcopo, nil mirum ſi hic æger poſt longam ægritudinẽ ſalutem acquiſiuerit,eoq; magis,quod Luna recedit à Sole,præcipuè autem ratione latitudinis eius Boreæ, quæ ipſam occidentaliorem facit plus tribus gradibus, quod valdè conſideratione dignum cenſeo.

Decimanona obſeruatio ex eodem Boderio.



Magiſter Martinus Mondetus prædicta die vltima Auguſti febre moleſtiſſima decubuit Luna gra. 20 ♍ permeante à Sole diſcreta, in primo hexagono Sol,Saturnus, Iupiter, & Mercurius Lunæ ſua ſchemata obijciebant,nihilominus ſudores tetrum odorem reddentes eiecit hic ægrotus: in tetragona irradiatione dicta 4. ſydera Lunæ ſua ſchemata dabant.Rurſus ſudores graue olentes emiſit. Medicus magiſtri

giſtri Martini domum conceſſit ſecũ volutans, ipſum Martinũ aſtatãn medelę ſumpſiſſe ad eius ſalutem nihil feciſſe: propterea ipſi Mõdeto conſuluit, quo ſuæ precaueret animæ ac iniquitatum vulneribus mederetur. Poſthac ad dictum Martinũ iui ſine vlla ſalutis expectatione deſperatum, mihi omnia referentem: die & hora decubitus mihi cognitis ac perpenſis dixi hunc ægrotantem breui ab hac valetudine perniciofa fore immunem, quoniam decubitus, nequaquam lethalis erat. Hactenus Boderius.

Cęterum cũ hic occubitus non differat niſi tribus horis à ſuperiore decubitu, ſitq; hic poſterior manifeſtũ eſt Lunam adhuc magis à Sole elongari ac proinde non adeò eſſe noxiam, præterea mutantur hic domini aſcendentis & octauæ, & Iupiter horoſcopi dominus & ſi in ſextam domum incidat non eſt tamen malè affectus, imo dignificatur in ♋ & excipit quadratos radios Veneris quæ & ipſa quoq; in aſcendente dignitatem obtinet.

Vigeſima obſeruatio.

Decubitus Io. Antonij Magini Auctoris.




Aegrotare cępi febri quart. ſub hac Cęli cõſtitutione, in qua Satur-

nus morbi auctor, & aſcendentis dominus ſextam ægritudinum domum obtinet, & Luna à quadrato Martis ac Sextili Solis & Mercurij diſcedens, ferebatur ad ſextilẽ Iouis ſui diſpoſitoris. Decernebat itaq; hæc figura morbum quidem longum, ſed ad ſalutem terminaturũ, tum verò maxime quod Iupiter in loco radicali poſitus trigonos radios auxiliares Saturno porrigebat. Innuebat autem hanc ægritudinem in geneſi directio Solis vitę prorogatoris ad trinum Saturni in gradib. 11. 20. ♌ cui ſuccedebat antiſcium Veneris, & ſextilis Mercurij. Porrò in hac ægritudinis figura Sol eſt in loco oppoſito Saturni radicis, qui Saturnus non longè abeſt à loco ipſius Solis radicali, vt videre eſt in geneſi noſtra in Tabulis Directionum poſita ſub anno 1555. Iunij die 14 horis 6. 57′. P. M. Euaſi autem ab hac quartana, quando Sol attigit grad. 29 Sagitarij, locum ſcilicet oppoſitum Saturni huiuſce figuræ, non longè à Iouis ſextili, idque die 21. Decembris eiuſdem anni, quod illa die vltimum paroxiſmum paſſus eſſem, nec impoſterum quicquam mali ſenſiſſem; die enim 24 eiuſdem menſis, in quem vigilia ſanctiſſimi Natalis Saluatoris noſtri incidit, cùm ſolitam febris acceſſionem exſpectarem, nihil mihi ſuperuenit, eratque tunc Sol in oppoſito loco radicis, & Luna in gradibus octo Sagittarij poſita recedebat à quadrato Veneris figuræ ſuperioris, & applicabat ſextilis Solis in loco, quem ipſa à morbi initio poſſidebat.

Deci-


Vigeſimaprima obſeruatio.

Decubitus Franciſci Gaſparini Ciuis Patauini.



Dum anno 1591 per Aeſtatem Patauium patriam meam dulciſſimam me contuliſſem,Franciſcus ille Gaſparinus,amicus meus ſingularis,pro ſolita ipſius erga me beneuolentia,humaniſſimè mihi indulſit & vltrò obtulit, vt ad domum ipſius ſuæ proximam me meaque omnia conferrem. Vbi dum familiariſſimè vna viueremus, ecce tibi neſcio qua de cauſa (niſi fortaſsè ob iniuriam à muliere ipſi illatam) grauiſſimo animi dolore Gaſparinus obruitur,quē vt ab animo euelleret,genio ac voluptatibus iam ſenior plus ſolito indulgēs, rei Vene-

reæ totum ſe abdicabat, adeo vt debilitatis naturæ viribus, die & hora ſupradicta, maligna correptus febri decumberet. Cui malo & hoc acceſſit infortunij, quod Medicus, cuius opera ipſe alias vti ſolebat, die antecedente, ab vrbe diſceſſerat. Quamobrem ipſe Gaſparinus accerſito chirurgo ſponte ſua die menſis nona venam ſibi ſecari iuſſit. Id quod ſæpiùs antea Medicus fieri inhibuerat, affirmans vires naturæ reſarciendas potius quàm debilitandas eſſe. Quinimmò ipſe ego inſtabam, ne periculum vitæ adiret, peſſimam Cęli conſtitutionem eſſe fruſtra inclamans. Sed laterē, quod aiunt, lauimus, aiebat enim ipſe ſibi melius de natura ſua conſtare, quàm nobis. Erat autem tunc Luna in Geminis prope hiades, accedens ad quadratum Solis ac Mercurij; quamobrem inualuit malum, & æger erroris ſui pœnas dedit; die enim quarto ab inuaſione morbi, qui ſeptimi indicatiuus eſt, hoc eſt die menſis vndecimo peſſimè ſe habuit, quo tēpore Luna Saturno copulabatur, ac tandem die decretorio ſeptimo, menſis decimoquarto ſub auroram vitam cum morte commutauit, dum Luna propriū quadratum attigiſſet. Porrò mortem in ſuperiore figura indicabat Saturnus, dominus horoſcopi, cum capite Draconis in caſu ſuo, in angulo ſeptimæ oppoſitus horoſcopo. Luna etiam infelix conſpirabat ad malum, quippe in quartæ domus cuſpide in oppoſito Iouis à Saturno per tetragonum damnati, & in Saturni ſextili aſpectu longo, horoſcopo aduerſatur. Conuenit autem cum hac figura aphoriſmus vigeſimuſtertius vigeſimiprimi capitis: Luna enim à Saturno domino aſcendentis transfert lumen ſuum ad Solem dominum octauæ, & in illa conſtitutum. Habet etiam ex parte locum hic aphoriſmus decimusſeptimus & vigeſimus.



Vige-

Vigeſimaſecunda obſeruatio.

Decubitus perilluſtris D. Marij Scappi Senatoris Bononienſis.




Anno 1592. dabat operam ſtudijs Bononiæ Dominus Vincentius Pauaninus Patauinus, qui cum ſub me Aſtrologiæ vacaret, & veritatem artis in Medicina comprobare vellet obſeruauit decubitum perilluſtris Viri Domini Marij Scappi Senatoris, dum vnà cum Medicis quorum curæ æger ſuberat, viſitationibus intereſſet.

Quare cum figuram hanc ad initium morbi conſtituiſſemus, Pauaninus ex me rogare cœpit, quem finem habitura eſſet ægritudo; cui ego

ego mortem ſignificari aſſerui. Nam Luminaria ambo è diametro ſibi aduerſantia, à quadrato Saturni infœlicis affligebantur, nullo beneficorum auxiliante, quinimo Venerem Mars tetragono aſpectu offendebat, & Iupiter prope aberat à ſecundario Saturni antiſcio. Accedebat huc Martis octauæ domus domini, & infœlicis in caſu ſuo trinus aſpectus ad horoſcopum, necnon & Iouis inimici quadratus aſpectus ad eundem. Mercurius autem aſcendentis dominus, etiam ipſe in caſu ſuo infœlix, Saturno ſextæ domino aſpectu trino iungebatur; quæ omnia præſentiſſima mortis inditia erant. Porrò comprobantur hic aliquot aphoriſmi vigeſimiſecundi Capitis, 29. 33. & 34. Fecit autem æger magnam ſanguinis euacuationem die vltimo menſis Martij; quæ aliquantulum adiumenti, vt videbatur, attulit; ſed non potuit eſſe ſalutifera, quod tunc temporis Luna in ſigno Scorpij ſibi aduerſo ad diametrum Martis octauæ domus domini accedebat. Nihilominus die tertia Aprilis quando Luna Ioui iungebatur, nonnihil à morbo ſubleuabatur; verùm die quarta, cùm Luna vix tetragonum ſuum prætergreſſa in diametro, Saturni & Solis, morbi auctorum, conſtitueretur, animam Deo reddidit.

Obſeruatio Vigeſimatertia.

Decubitus Io. Baptiſtæ Triandulæ Veronenſis.



Memorabilis eſt hæc obſeruatio : quippe infœliciſſimus hic adoleſcens dum Patauij ſtudijs vacaret anno vigeſimooctauo ſuæ ætatis tépore ſupradicto grauiſſimum vulnus in genu dextro ſuſcepit, ex quo vulnere tandem totum crus eidem abſciſſum eſt. Licet autem grauiſſimè conflictatus fuerit, adeò vt ſæpius de vita ipſius deſperarent Medici, nihilominus tandem conualuit, ac duobus circiter annis, ligneo deambulans crure ſuperuixit. Siue itaque Luna ſit horoſcopi domina in hac figura, ſiue Sol (poteſt enim eſſe vterque, quod duo ſolùm gradus

gradus Cancri poſt cuſpidem primæ domus ſuperſunt (& deinde Leo imperium accipit) parum refert; ſunt enim ambo luminaria à maleficis infecta, vtpote Luna à Saturno, & Sol à Marte, per præſentiam ac viciſſim Luna à Marte, & Sol à Saturno per tetragonum, ipſis etiam luminaribus in quadrato conſtitutis. Vnde nihil mirum eſt ſub tam infœlici ſiderum poſitu, adoleſcentem hunc tot vndique moleſtijs afflictum fuiſſe: quibus tamen non ſuccubuit; quod ambo benefici antiſcijs mutuis conſpirantes vtrique luminari ſubuenirent, & maleficorum vires aliquantulum retunderent, ſiquidem Venus Lunæ ac Iupiter Soli, auxiliarem operam porrigit. De progreſſu autem ipſius ęgritudinis & ſalutis tempore nihil mihi conſtat, ſiquidem magis ſolicitus fui, vt viderem num accidens hoc cum geneſi ipſius nati reſponderet. In qua cùm radiorum in Aequatore vſitato nobis modo factorum veritas egregiè eluceſcat, ad maiorem ſtudioſorum vtilitatem non grauabor genituram nati adijcere. Natus eſt itaque dictus adoleſcens Ioan. Baptiſta Firandula Veronenſis anno 1554. menſe Iunij, die Martis duodecima, horis 0.3′5. ab óccaſu ſub adiecto Planetarum ſiue cœli ſchemate.



In hac genitura nulla eſt directio ſignificatorum in Ecliptica, quæ cum hoc accidente, vulneris ſcilicet conueniat, neque enim poſſumus trinum Martis recipere, vt occurrat tempore vulneris ipſi horoſcopo; quippe hac ratione genitura tempus ęſtimatum (quod eſt ad horam o. 4'5 Noctis ſequentis) anteuerteret dimidia horę parte, quòd rationi non eſt conſentaneum. Quamobrem facta directione horoſcopi ad tetragonum Martis in æquatore, tempus geniturę decem ſolùm minutis anticipat, & euentus optimè çorreſpondet. Incidit autem quadratus Martis radius in gr. 33 1.2'8, & fertur ad horoſcopum cùm gradibus 10. 2'6 ♒ Eclipticę, emenſo arcu directionis grad. 27. 2'5: qui ęquiualet annis 27 menſibus 5., ſecundum communem opinionem. Potuiſſe autem Martem tam infęlicem euentum ſignificare

ſatis conſtat, ſi naturam eius in loco diligenter examinemus ; quippe á compluribus ſtellis fixis, vt ſunt hiades, & ſtellæ orionis, cum quib. deſcendit, obſeſſus, in hexagono Saturni conſtituitur. Cæterum exceſſit è viuis hic adoleſcens poſt biennium ab accepto vulnere, morte tamen naturali, anno ſcilicet ætatis ſuæ 29 & menſibus duobus, quãdo Luna primaria vitæ datrix ferebatur per directionem ad quadratum Saturni in æquatore, qui incidit in gr. 269. 5'3 æquatoris. Nam ſub circulo poſitionis Lunæ graduum 24. ferè eſt illius aſcenſio obliqua graduum 240. 22. quæ ſublata à dicto quadrato relinquit arcum directionis grad. 29. 31. Præterea & Sol applicabat ſextili Martis tempore mortis, licet ille non obtineat poteſtatem hilegialem.

Vigeſimaquarta obſeruatio.

Decubitus Brunori Naſini Brixienſis.



Non eſt inferior hæc obſeruatio priore, ſiquidem à leui origine ingens malum emanauit. Naſinus enim ille, dum Bononiæ ſtudiorum cauſa ageret, anno ac die ſupradicto leniter in fronte, & in manu aliquanto grauius vulneratus fuit, ſed paucis poſt diebus ab omni mor

tis

tis ſuſpicione liber, ac pœnæ ſaluus, vagabundus demũ foriſq; e diſcurrens inordinato victu & licentiore coitu vſus in recidiuam incidit, ac ſpaſmo ſeu conuulſione neruorum correptus, die 13 Aprilis hora 12 & dimidia vitalem hanc auram dereliquit. Fuit autem is dies decimuſquartus à principio læſionis, quo Luna diſcurrebat per grad. 15 ♓ in diametro Saturni exiſtentis in grad. 15½ ♍. Conſtat autem ex ſola hac figura ad principium decubitus cõſtituta, iudicij de morte patientis deſumi poſſe. Nam Luna damnatur à Saturno & à Cauda Draconis, necnon à Solis ac Mercurij retrocedentis antiſcio; nec trigonus Iouis radius eidem opem vllam porrigit, cùm in octaua mortis




domo conſtituatur. Venus autem horoſcopi ac o ctauæ domina affligitur ab eodem Saturno per diametrũ, de quo extat aphoriſmus deci-

muſquintus Capitis 22.qui ait: ſi vnus & idem planeta à maleficis infeſtatus, & horoſcopo & octauę domui præerit (vt hic Venus) tunc mortem ſignificari ipſiuſmet ęgroti culpa conſcitam.Verùm ſi & geneſim ipſam, qualis mihi ab huius adoleſcentis fratre D. Ioanne Paulo adhuc ſuperſtite data fuit,inſpiciamus,mirus planetarum ad nati mortem conſpirantium conſenſus patefiet. Enimuerò tempore occubitus ferebatur horoſcopus per directionem ad ſextilem Martis longum in grad.13 ♍ cum teſtimonio tetragoni Saturni paulò poſt ſubſequentis. Erat autem Mars præcisè ſub eodem circulo poſitionis cum Hercule ſtella fixa crudeli ac violenta. Præterea eodem tempore attingebat Luna per directionem corpus Saturni. Atque in reuolutione annua Luna in grad. 8 ♌ iungebatur Marti in grad. 14 eiuſdem ſigni conſtituto. At in figura decubitus locus Saturni & Lunæ incidit in locum quadratum Saturni radicis prope ipſam horoſcopi directionem; ac Sol in grad. 11 Arietis poſitus in quadrato Martis radicali collocatur. Mars autem totius mali primus auctor, tempore decubitus è gradibus 26 ♒ horoſcopum radicis è diametro oppugnabat.



Vigeſimaquinta obſeruatio.

Decubitus Sereniſſimi Principis Mantuæ.



Dum ſuperiore Aeſtate, anni.ſ.1605. Mantuæ eſſem, vocatus à Sereniſſimo Duce, inuaſit Sereniſſimũ Principem Franciſcum tertiana duplex menſe & hora ſuperius notata; quam ægritudinem ipſe exſpectabat, ſiquidem aduenturã ei biennio ante prędixeram, idq; ex directione horoſcopi ad antiſcium ♂ occurrentis in gr.26.54'.♌, locus enim Martis radicalis eſt in Celſitudinis ſuę geneſi in gr.3.6.♉.& horoſcopus in gr.12.40.♌. In principio itaq; ægritudinis Luna accedebat ad Regulum, ſeu Cor Leonis, & ad locum directionis, dum ſupra Horizõtem emergeret gr.6.♏, quem Mars ab initio naſcendi ferit oppoſitis

radijs

tem emergeret gr. 6. ♒, quem Mars ab initio naſcendi ferit oppoſitis radijs. Verùm cùm Mars horoſcopi dominus & mali auctor recedat à Mercurio octauæ domino, & applicet diametro Iouis & corpori Veneris, indicabat ægritudinem minimè lethalem futuram, eo quod magis quod & Sol à Veneris præſentia confortetur; conualuit enim circa finem eiuſdem menſis.

Vigeſimaſexta obſeruatio.

De Eccellentiſſimo Viro Gaſpare Taliacotio Medico Bononienſe.



Cùm de exemplis geniturarum huc adferendis ſolicitus eſſem, for-

te

te fortuna incidi in geneſim Eccellentiſſimi viri Gaſparis Taliacotij, amici mei, dum viueret, integerrimi, Medici Bononienſis præclariſſimi, ac naſium reſtauratoris ſolertiſſimi. Nihil autem alienum ab inſtituto meo facturus videbar, ſi hanc etiam genituram hiſce exemplis interponerē, præſertim quod radiorum in Aequatore aſſumptorū veritas in illa egregiè eluceſcat. Habuit itaque Vir hic duas ægritudines Saturninas, vnam anno ſuæ ætatis quadrageſimoſeptimo, & alteram anno quinquageſimoquinto, ex qua tandem diem ſuum obijt, a ſcilicet 1599 Nouembris die 7. hora 18. circiter. Verum dictis temporibus nulla erat infœlix luminarium directio, igitur neceſſariò ambę hæ ægritudines à Saturno illatæ ab Horoſcopo prouenerunt. Atque cùm ille non niſi ſemel deferri queat in hoc caſu ad Saturni tetragonum in Ecliptica, prout fecit anno 55. abſque omni dubio altera ægritudo anni quadrageſimiſeptimi ab eiuſdem horoſcopi directione ad tetragonum dicti Saturni in Aequatore dependebit. Dicto itaque anno 47. ægrotauit grauiter hic vir ad complures menſes, præſertim verò tota hyeme. Non fuit autem mortalis hic morbus, quod dictus Saturni tetragonus incidit in grad. 343 4'. Aequatoris, quibus reſpondent in Ecliptica grad. 29. 24'. ♒, à quo loco directionis prope abeſt tum Iouis, tum ipſius horoſcopi ſextilis aſpectus in Ecliptica. Porrò mortalis fuit altera ægritudo anni 55. quando horoſcopus attigit per directionem quadratum Saturni in Ecliptica: cuius malitiam ſuperueniens lumen ſecundarium magnopere auxit. Nam in reuolutione anni 55, quę fuit ad diem ſeptimam Martij 1599. circa meridiem, Sol & Venus coniuncti, conſtituebantur in antiſcio Saturni percurrentis grad. 15. 4'o. ♎, Luna verò incidens in grad. 21. ♌ accedebat ad diametrum Martis obtinentis gradus 25. ♒, fuitque is Lunæ locus in reuolutione infeſtatus ab eiuſdem Martis antiſcio. Nihil itaque mirum eſt, tot concurrentibus malis, virum hunc è viuis exceſſiſſe: atque ſi de initio ægritudinis certi quid haberemus, proculdubio, conſenſum Planetarum in figura morbi ad mortem conſpirantium inueniremus, conſtat autē mortis tempore ſupradicto Lunam fuiſſe in quadrato Saturni anæretæ. Fuit autem ægritudo hęc & longa & interrupta, quippe per Aeſtatem ſuperiorem variè conflictabatur æger, interdum enim videbatur euaſiſſe malum, ac deinde denuo vehementiore decumbebat morbo. Hoc autem in confeſſo eſt, Medicos ipſos ęgritudinem non cognouiſſe, vt anæreta ſub radijs Solaribus indicabat.

tem emergeret gr.6. ♒, quem Mars ab initio naſcendi ferit oppoſitis radijs. Verùm cùm Mars horoſcopi dominus & mali auctor recedat à Mercurio octauæ domino, & applicet diametro Iouis & corpori Veneris, indicabat ægritudinem minimè lethalem futuram, eo quod magis quod & Sol à Veneris præſentia confortetur; conualuit enim circa finem eiuſdem menſis.

Vigeſimaſexta obſeruatio.

De Eccellentiſſimo Viro Gaſpare Taliacotio Medico Bononienſe.




Cùm de exemplis geniturarum huc adferendis ſolicitus eſſem, forte

te fortuna incidi in geneſim Eccellentiſſimi viri Gaſparis Taliacotij, amici mei, dum viueret, integerrimi, Medici Bononienſis præclariſſimi, ac naſium reſtauratoris ſolertiſſimi. Nihil autem alienum ab inſtituto meo facturus videbar, ſi hanc etiam genituram hiſce exemplis interponerē, præſertim quod radiorum in Aequatore aſſumptorū veritas in illa egregiè eluceſcat. Habuit itaque Vir hic duas ægritudines Saturninas, vnam anno ſuæ ætatis quadrageſimoſeptimo, & alteram anno quinquageſimoquinto, ex qua tandem diem ſuum obijt, a ſcilicet 1599 Nouembris die 7. hora 18. circiter. Verum dictis temporibus nulla erat infœlix luminarium directio, igitur neceſſariò ambę hæ ægritudines à Saturno illatæ ab Horoſcopo prouenerunt. Atque cùm ille non niſi ſemel deferri queat in hoc caſu ad Saturni tetragonum in Ecliptica, prout fecit anno 55. abſque omni dubio altera ægritudo anni quadrageſimiſeptimi ab eiuſdem horoſcopi directione ad tetragonum dicti Saturni in Aequatore dependebit. Dicto itaque anno 47. ægrotauit grauiter hic vir ad complures menſes, præſertim verò tota hyeme. Non fuit autem mortalis hic morbus, quod dictus Saturni tetragonus incidit in grad. 343 4'. Aequatoris, quibus reſpondent in Ecliptica grad. 29. 24'. ♒, à quo loco directionis prope abeſt tum Iouis, tum ipſius horoſcopi ſextilis aſpectus in Ecliptica. Porrò mortalis fuit altera ægritudo anni 55. quando horoſcopus attigit per directionem quadratum Saturni in Ecliptica: cuius malitiam ſuperueniens lumen ſecundarium magnopere auxit. Nam in reuolutione anni 55, quę fuit ad diem ſeptimam Martij 1599. circa meridiem, Sol & Venus coniuncti, conſtituebantur in antiſcio Saturni percurrentis grad. 15. 4'0. ♎, Luna verò incidens in grad. 21. ♌ accedebat ad diametrum Martis obtinentis gradus 25. ♒, fuitque is Lunæ locus in reuolutione infeſtatus ab eiuſdem Martis antiſcio. Nihil itaque mirum eſt, tot concurrentibus malis, virum hunc è viuis exceſſiſſe: atque ſi de initio ægritudinis certi quid haberemus, proculdubio, conſenſum Planetarum in figura morbi ad mortem conſpirantium inueniremus, conſtat autē mortis tempore ſupradicto Lunam fuiſſe in quadrato Saturni anæretæ. Fuit autem ægritudo hęc & longa & interrupta, quippe per Aeſtatem ſuperiorem variè conflictabatur æger, interdum enim videbatur euaſiſſe malum, ac deinde denuo vehementiore decumbebat morbo. Hoc autem in confeſſo eſt, Medicos ipſos ęgritudinem non cognouiſſe, vt anæreta ſub radijs Solaribus indicabat.

Vige-

gradus Cancri poſt cuſpidem primæ domus ſuperſunt (& deinde Leo imperium accipit) parum refert; ſunt enim ambo luminaria à maleficis infecta, vtpote Luna à Saturno, & Sol à Marte, per præſentiam ac viciſſim Luna à Marte, & Sol à Saturno per tetragonum, ipſis etiam luminaribus in quadrato conſtitutis. Vnde nihil mirum eſt ſub tam infœlici ſiderum poſitu, adoleſcentem hunc tot vndique moleſtijs afflictum fuiſſe: quibus tamen non ſuccubuit; quod ambo benefici antiſcijs mutuis conſpirantes vtrique luminari ſubuenirent, & maleficorum vires aliquantulum retunderent, ſiquidem Venus Lunæ ac Iupiter Soli, auxiliarem operam porrigit. De progreſſu autem ipſius ægritudinis & ſalutis tempore nihil mihi conſtat, ſiquidem magis ſolicitus fui, vt viderem num accidens hoc cum geneſi ipſius nati reſponderet. In qua cùm radiorum in Aequatore vſitato nobis modo factorum veritas egregiè eluceſcat, ad maiorem ſtudioſorum vtilitatem non grauabor genituram nati adijcere. Natus eſt itaque dictus adoleſcens Ioan. Baptiſta Firandula Veronenſis anno 1554. menſe Iunij, die Martis duodecima, horis 0.3′5. ab occaſu ſub adiecto Planetarum ſiue cœli ſchemate.



In F



In hac genitura nulla eſt directio ſignificatorum in Ecliptica, quæ cum hoc accidente, vulneris ſcilicet conueniat, neque enim poſſumus trinum Martis recipere, vt occurrat tempore vulneris ipſi horoſcopo; quippe hac ratione genitura tempus ęſtimatum (quod eſt ad horam 0. 4′5 Noctis ſequentis) anteuerteret dimidia horę parte, quòd rationi non eſt conſentaneum. Quamobrem facta directione horoſcopi ad tetragonum Martis in æquatore, tempus geniturę decem ſolùm minutis anticipat, & euentus optimè correſpondet. Incidit autem quadratus Martis radius in gr.3; 1.2′8, & fertur ad horoſcopum cùm gradibus 10. 2′6 ♒ Eclipticę, emenſo arcu directionis grad.27. 2′5. qui ęquiualet annis 27 menſibus 5., ſecundum communem opinionem. Potuiſſe autem Martem tam infęlicem euentum ſignificare


tis ſuſpicione liber, ac pœnæ ſaluus, vagabundus domi foriſque diſcurrens inordinato victu & licentiore coitu vſus in recidiuam incidit, ac ſpaſmo ſeu conuulſione neruorum correptus, die 13 Aprilis hora 12 & dimidia vitalem hanc auram dereliquit. Fuit autem is dies decimuſquartus à principio læſionis, quo Luna diſcurrebat per grad. 15 ♓ in diametro Saturni exiſtentis in grad. 15½ ♍. Conſtat autem ex ſola hac figura ad principium decubitus cõſtituta, iudiciũ de morte patientis deſumi poſſe. Nam Luna damnatur à Saturno & a Cauda Draconis, necnon à Solis ac Mercurij retrocedentis antiſcio; nec trigonus Iouis radius eidem opem vllam porrigit, cùm in octaua mortis



domo conſtituatur. Venus autem horoſcopi ac octauæ domina affligitur ab eodem Saturno per diametrũ, de quo extat aphoriſmus deci-

Vigeſimaquinta obſeruatio.

Decubitus Sereniſſimi Principis Mantuæ.



Dum ſuperiore Aeſtate, anni.ſ.1605. Mantuæ eſſem, vocatus à Sereniſſimo Duce, inuaſit Sereniſſimũ Principem Franciſcum tertiana duplex menſe & hora ſuperius notata; quam ægritudinem ipſe exſpectabat, ſiquidem aduenturã eibiennio ante prędixeram, idq́; ex directione horoſcopi ad antiſcium ♂ occurrentis in gr.26.54'.♌, locus enim Martis radicalis eſt in Celſitudinis ſuę geneſi in gr.3.6.♉.& horoſcopus in gr.12.40.♌. In principio itaq; ægritudinis Lunạ accedebat ad Regulum, ſeu Cor Leonis, & ad locum directionis, dum ſupra Horizõtem emergeret gr.6.♍, quem Mars ab initio naſcendi ferit oppoſitis

radijs


te fortuna incidi in geneſim Eccellentiſſimi viri Gaſparis Taliacotij, amici mei, dum viueret, integerrimi, Medici Bononienſis præclariſſimi, ac naſium reſtauratoris ſolertiſſimi. Nihil autem alienum ab inſtituto meo facturus videbar, ſi hanc etiam genituram hiſce exemplis interponerẽ, præſertim quod radiorum in Aequatore aſſumptorũ veritas in illa egregiè eluceſcat. Habuit itaque Vir hic duas ægritudines Saturninas, vnam anno ſuæ ætatis quadrageſimoſeptimo, & alteram anno quinquageſimoquinto, ex qua tandem diem ſuum obijt, a ſcilicet 1599 Nouembris die 7. hora 18. circiter. Verum dictis temporibus nulla erat infœlix luminarium directio, igitur neceſſariò ambę hæ ægritudines à Saturno illatæ ab Horoſcopo prouenerunt. Atque cùm ille non niſi ſemel deferri queat in hoc caſu ad Saturni tetragonum in Ecliptica, prout fecit anno 55. abſque omni dubio altera ægritudo anni quadrageſimiſeptimi ab eiuſdem horoſcopi directione ad tetragonum dicti Saturni in Aequatore dependebit. Dicto itaque anno 47. ægrotauit grauiter hic vir ad complures menſes, præſertim verò tota hyeme. Non fuit autem mortalis hic morbus, quod dictus Saturni tetragonus incidit in grad. 343 4'. Aequatoris, quibus reſpondent in Ecliptica grad. 29. 24'. ♒, à quo loco directionis prope abeſt tum Iouis, tum ipſius horoſcopi ſextilis aſpectus in Ecliptica. Porrò mortalis fuit altera ægritudo anni 55. quando horoſcopus attigit per directionem quadratum Saturni in Ecliptica: cuius malitiam ſuperueniens lumen ſecundarium magnopere auxit. Nam in reuolutione anni 55, quę fuit ad diem ſeptimam Martij 1599. circa meridiem, Sol & Venus con iuncti, conſtituebantur in antiſcio Saturni percurrentis grad. 15. 4'o. ♎, Luna verò incidens in grad. 21. ♌ accedebat ad diametrum Martis obtinentis gradus 25. ♒, fuitque is Lunæ locus in reuolutione infeſtatus ab eiuſdem Martis antiſcio. Nihil itaque mirum eſt, tot concurrentibus malis, virum hunc è viuis exceſſiſſe: atque ſi de initio ægritudinis certi quid haberemus, proculdubio, conſenſum Planetarum in figura morbi ad mortem conſpirantium inueniremus, conſtat autẽ mortis tempore ſupradicto Lunam fuiſſe in quadrato Saturni anæretæ. Fuit autem ægritudo hęc & longa & interrupta, quippe per Aeſtatem ſuperiorem variè conflictabatur æger, interdum enim videbatur euaſiſſe malum, ac deinde denuo vehementiore decumbebat morbo. Hoc autem in confeſſo eſt, Medicos ipſos ęgritudinem non cognouiſſe, vt anæreta ſub radijs Solaribus indicabat.

Vige-

tunc temporis in grad.26 ♓ in quadrato ſcilicet loci ſui ab initio morbi ſumpti. Verum enimverò cum de preciſo decubitus tempore mihi non conſtet (niſi quod Solē a Martis tetragono affligi certum eſt) planetarum in hanc mortem coniurantium in geneſi ipſa examinabimus. Luna itaque quæ hic hylegialem poteſtatem obtinet, ſub circulo poſitionis gr.42.ferè deſcendit cum gr.153.2'9.æquatoris, & cū gr.15.5'7. ♌.Hæc igitur ferebatur ad exactum quadratū Martis. Præterea & Horoſcopus attigerat ſextilem Martis longum, qui propè abeſt à quadrato in æquatore. Nec omninò aſpernamur. Mercurij Lunaris conditionarij domini in hanc mortem coniurationem, quippe qui per directionem ad quadratum idem Martis deuolueretur.

Obſeruatio vigeſimaoctaua.

Facta à Excellentiſs.D.Hieronymo Rubeo Rauennate Medico noſtræ ætatis celeberrimo in decubitu Illuſtriſs.& Reuerend.Card.Antonij Mariæ de Saluiatis, qui fuit talis.



Ex his facilè cognoſci poteſt, vera dixiſſe Galenum 3. de diebus

 decre-

decretorijs cap.6. Lunam,ſi ad planetas intemperatos ſteterit,prauos moleſtosque dies facere, morborumque initia peſſima , & plurimum periculoſa. Quis enim Medicus ſi vt eſt Hippocratis libro de aere , aquis,& locis præceptum,Aſtronomiam nouerit, & quod ibidem idem affirmat,ex ea morbum præcognouerit, & huiuſmodi animaduertiſſet morbi initium,eum maximè periculoſum fore non pronunciaſſet,maleque ſe habiturum ægrotum,cum ad oppoſita,& quadrata loca Luna perueniſſet? nempe die 14,21, & 28 eiuſdem mẽſis,quibus diebus non eſſet medicamentum vacuans , aut alioqui vehemens adhibendum , cum dicat ibidem Galenus diebus illis mutationes fieri magnas : In



lethalibus morbis lethales , in ſalubribus bonas. Patet autem morbum hunc inter lethales fuiſſe collocandum, cum Saturni locum radi-

calem Luna inſidens peſſimum ex ſententia Galeni morbum indicaret. Pari cenſendus fuiſſet periculo dies 19. eiuſdem menſis, quo Luna ad locum radicalem Martis & Solis adijt. Quo etiam die vertente, nempe vbi poſt iteratas malorum locorum à Luna peragrationes, robur innatum viri, in victus ratione tota vita temperati infractū eſt. Obijt ipſo ſcilicet die 16. Aprilis hora 19. horologij. Sed videtur facere difficultatem id, quod ibidem ſcribit Galenus, in morbis ſalubribus dies eoſdem, locosque eſſe conſiderandos, videlicet cum Luna ad quadrata & oppoſita loca peruenerit. Cum enim hæ inimicæ irradiationes eſſe ſcribantur, malum potius quàm bonum allaturas eſſe veriſimile eſt, præſtaretque ſi hexagonum, aut trigonum animaduertendum eſſe aſſeruiſſet.

Reſpondeo, mutationes in morbis & criſes, de quibus ſcribit in illis libris Galenus, ſiue ſalubres morbi ſint, ſiue inſalubres, fieri propter eam cauſam, quia natura inimica aduerſus morbum inſurgit, cum eoque luctatur. Vnde ob hanc turbationem, & naturæ luctam dicebat Hippocrates 2. Aphor. 13. Quibus criſis fit, noctem, quæ acceſſionem præcedit, grauem eſſe: expellit enim natura quod noxium eſt, ſi robuſta fit, & tunc ſalubris eſt morbus, ſi verò imbecilla fuerit, ſuccumbit, & morbus dicitur lethalis. Cum igitur irradiationes illæ oppoſitæ, & quadratæ hoſtiles habeantur, & in ſignis fiant, quæ vires habent aduerſas, non fuerit mirum, ſi morbum natura oppugnat, & perinde ac hoſtis eum in prælium vocat, & cum eo decertat, ſuperatur enim ſi valens ſit, ſin minus proſternenda ac proterenda à morbo, qui tunc lethalis habebitur. Atque hoc eſt, quod in omnibus morbis, ſiue ſalubres ſint, ſiue inſalubres, criſes fiunt die ſeptima, & decimaquarta: ex naturæ autem vi maiore, aut minore, quæ ex locis planetarum beneficorum, aut maleficorum hauritur ſalubres, aut lethales. At quomodo verum eſſe poteſt, quod inquit Galenus, Lunam cum planetis geneſis ſalubres morbos facere, illorumque eſſe initia ſine periculo & ſalutaria, cum eo tempore ne morbum quidem facere deberet? Si quidem longè maius eſt, morbum præſentem expellere ac ſanare, quàm futurum præcauere. ſi igitur Luna cum beneficis morbos ſanat, multo magis præcauebit. Igitur nunquam erit, vt morbi incipiant, quando Luna cum beneficis planetis fuerit, præſertim quia ipſe etiam paulò ſupra Galenus ſcripſerat, hominem tunc benè degere, cum Luna locū beneficorum in geneſi poſſederit. Itaque ſi benè tunc degit, non poteſt ægrotare, aut morbi initium habere.

Reſpondeo principium morbi eſſe teſte Galeno primo de Criſibus cap. 4. & primo Aphor. 12. cum natura primum in illum impetum, primamque inuaſionem facit. Itaque eo tempore ſi cum beneficis geniturae locis Luna fuerit, indicatur valentem eam eſſe, & morbum ob id

ſuperaturam: ſin contra, ſuperandam. Quod verò additur, ſi tunc homo benè degit, quando Luna eſt cum beneficis, igitur non poterit ægrotare, aut morbi initium eſſe. Verùm id quidem eſt, ſi ſimpliciter accipiatur, & in ſanis hominibus, vt ibidem explicat Galenus. Sed vbi morbi cauſa iam in promptu eſt quam mali fortè ingreſſus ac tranſitus collegerunt, ipſeque morbus iam naturam ſtimulat, tum ipſa in morbum inſurgat neceſſe eſt, bonaſque eſſe huiuſmodi aggreſſiones, & quæ deinde ſequantur, mutationes.

Ex his inferri poterit, quod Galenus omiſit, ex cuius tamen dictis poteſt colligi, nempe, quid erit dicendum, cum Luna in neutro locorũ fuerit, nec beneficorum, nec maleficorum, quemadmodum in ſequenti noſtra obſeruatione fuit. Hactenus Excellentiſſimus Rubeus.

Additio Magini.

Puto ego, horoſcopum natalitium Illuſtriſſimi huius Cardinalis fuiſſe gr. 3. 15′. ♎, præſertim quòd æſtimatiuum tempus eſt ad horam 4. 30′. Horologij, atque tempore mortis acceſſiſſe ad tetragonum radium Saturni ſecundum æquatoris partes. Enimuerò ſi rectæ Saturni aſcenſioni graduum 157. 15′. addantur gr. 90. definitur ſiniſter ipſius Saturni tetragonus in gr. 247. 15′. æquatoris, à quo ſublata deinceps obliqua ipſius horoſcopi aſcenſione quæ eſt gr. 183. 0′. relinquitur arcus directionis gr. 64. 15′. cui ſecundum opinionem Cardani, & Naibodæ, debentur anni 65. cum diebus 76. Neque enim perſuaderi poſſum Illuſtriſſimum hunc virum è viuis deceſſiſſe abſque valida aliqua directione.


Correſpondet autem in Ecliptica huiuſmodi Saturni quadratus radius interfector gradibus 22. 16′. ♏, concurrens ferè cum hexagono ☿ ex gr. 23. 35′. ♑ proiecto, quem directionis locum præcisè admodum occupabat Saturnus obtinens gr. 22. 5′. ♏ in anni redditu, & in oppoſito Lunæ conſtitutus percurrentis tunc gr. 24. ♉. Quod profectò mirum videri debet, & pro validiſſimo teſtimonio veritatis radiorum in æquatore. Præterea idemmet horoſcopus progreſſione affiiciebatur à diametro Saturni, & Lunæ progreſſio annua deuoluta erat ad gra. 24. ♏, nempe ad locum directionis horoſcopi, quem Saturno corporaliter occupabat. Quare afflictis adeò ſimul ambobus ipſis vitæ largitoribus à ♄ validiſſimo anæreta, vt pote horoſcopo per directionem & annuum proceſſum, & Luna per tranſitum & annuum pariter proceſſum; ac prçterea eodem ♄ inficiẽte directionis horoſcopi locum ad initium anni, nil mirum ſi tuc Illuſtriſſimus hic Cardinalis è viuis deceſſit cum omnium dolore. Non ignoro fuiſſe aliquos, qui confugerint poſt ſubſequutam eius mortem ad horoſcopi mutationem, ſtatuendo ipſum in gr. 14 ♎ proximè, vt tempore mortis occurrat ad tetragonum ♄ in Zodiaco, parum curantes, tempus hac mutatione

nimis

nimis ab æſtimato recedere, vt pote integra hora, quod non eſt credibile de viro nobiliſſimè nato, cuius tempus natalitium à patre fuit diligenter annotatum, vt ab ipſomet Cardinali teſtabatur.

Obſeruatio Vigeſimanona.

Eiuſdem Excellentiſſimi Rubei ad initium morbi, Illuſtr. & Reueren. D. Marſilij Landriani Epiſcopi Viglenanenſis, vt in hac figura.




Hic Luna in nullo geneſis maleficorum, aut beneficorum loco reperitur: Incidit tamen Illuſtriſſimus Dominus, dum Rauennæ legationem Romandiolæ ſuſtinens commoraretur, in magnam ſyncopem à ſtomacho, è qua cum reſtitutus eſſet pleriſque adhibitis remedijs, ſic tamen vt per duodecim circiter horas abſque pulſu

eſſet,

eſſet, ſucceſſiſſet autem febris, in quarta liber omnino fuit. Luna eſt in quadrato Mercurij geneſis, qui eſt dominus ſextę domus; aliquid etiã facit, quia eſt in loco Saturni annui redditus. Sed quia parui hæc momenti fuerunt, idcirco cum ad oppoſitum Iouis geneſis Luna peruẽnit, morbo ſolutus eſt, cum aliqua tamen difficultate ob quadratum Saturni, & Martis, qui magis obfuiſſent, niſi initio Luna à maleficorum radijs libera fuiſſet. Atque hæc pro explicanda Galeni ſententia dicta ſint. Hæc Excellentiſſimus Rubeus.

Ecce geneſis iam dicti Illuſtriſſimi Epiſcopi.




Latitudines Planetarum.

♄	1	32	S.	D.
♃	0	52	M.	D.
♂	0	33	S.	D.
♀	2	1	S.	A.
☿	0	36	S.	D.
☽	4	8	S.	A.

Obſer-

Obſeruatio Trigeſima, & vltima.

Decubitus eiuſdem Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Epiſcopi Vigleuanenſis.



Idemmet Illuſtriſſimus Epiſcopus Bononiæ tunc prolegatus ægrotauit momento temporis, ſicut ſupra. Ob intempeſtiuum vſum potus gelidi, dum occuparetur in corporis purgatione, quam ante aliquot dies ex Medicorum cõſultatione iniuerat. Hæc autem ægritudo adeò vires eius proſtrauit, vt ex debilitatione pulſus, ac ex alijs ſymptomatibus die 26. præſertim & 27. ſuperuenientibus Medici præſtantiſſimi quotquot ad eius curam vocati erant vnanimi conſenſu de eius ſalute prorſus deſperarent, deridentes potius prædictionem ſalutis: quam

D.Fran-

D.Franciſcus Ingolus eius auditor ac Aſtrologiæ peritiſſimus, atque ego conſtanter ex coniecturis Aſtrologicis nõ leuibus aſſeuerabamus.

Nam quamuis tunc temporis horoſcopi directio deuoluta eſſet ad tetragonum Mercurij domini octauę ſtationis, atque etiam Venus Apheta, & Luna ſimul (quæ ambę in eodem ferè poſitionis circulo cadunt) accederent per directionem ad Saturni hexagonum in ſigno ipſi Veneri inimico, nihilominus ſpem futurę ſalutis nobis dederunt directiones ipſæ non admodum valentes ad mortem inferendam; prę ſertim non conſentiente annua reuolutione. Sed & non leuem ſalutis ſpem nobis fecit poſitus Lunę ad morbi initium in loco radicali adunguem beneficę Veneris, quę tunc domina erat horoſcopi, ac octauę domus, à cuius ſextili ipſa Luna ſeſe ſeparando ad Iouis applicabat diametrum. Nihil nos deterruit videntes, hunc prę ſidem malè ſe habuiſſe die 26, dum Luna per locum ♄ radicalem diſcurreret, & die 27 percurrente eadem Luna locum ♂ geniturę, quinimo dum anxiè vocatus acceſſiſſem dicta die 27 ad ęgrotum percunctantem me, quid de exitu eius ęgritudinis, quę à Medicis lethalis cenſebatur, ex Aſtrologicis ſentirem prędictionibus, eidem ingenuè ac ſanctè affirmaui, me nihil de eius morte timere, imò ſperare pro certo illa eadem die debere ipſum à morbo aliquantum ſubleuari, & ſucceſſiuè ſequentib. diebus vires magis ac magis acquirendo, quàmprimum conualeſcere, ſicut euenit.

DE ANNVI TEMPORIS MENSVRA in Directionibus ex commentarijs. Valentini Naibodæ Mathematici eruditiſſimi ſuper caput Decimum Apoteleſmatici Tertij Claudij Ptolemæi.

HIS adijcio quæſtionem, circa quam multos doctos hæſitaſſe cognoui, nemınẽ verò, qui quicquam in ea determinare voluerit, ne dicam potuerit: quia enim cum Ptolemæus hic dicat ἐνιαυτὸν, hoc eſt annum Solarem, ſeu integram Solis conuerſionem, atque in ſeſe reſtitutionem propriè cẽſeri & eſſe tempus, in ſequenti verò de vita tractatu, vbi agit de vitæ prorogatoris directione, dicit tẽpora Aequatoris æquabiliter tranſire per vtrumque & per horizontem, & per Meridionalem circulum, quorum reſpectu localium diſtantiarum ſimilitudines, ſeu paritates accipiuntur, & vnumquodlibet taliũ temporum bona ratione valere ſeu efficere annum Solarem vnum. Ideò hic quæri poteſt, vtrum per tempus Aequatoris intelligat partẽ eius trecenteſimam, & ſexageſimam, an verò aliquam aliam. Qui τὸ ῥητὸν vrgent, & ſubter corticem litteræ nihil vident, ijs apparet præſens iſta hæſitatio ſuperflua & otioſa. Et inter plures alios doctos, & familiares vir eruditiſſimus Ioannes Stadius dulcis meus amicus, quaſi deridendo partem illam ſeptuageſimam ſecundam, qua Cardanus tempora directionum augenda eſſe ſemper, & vbique conſtanterque præcipit, quærebat olim à me vtrum ſaltem ſuſpicari poſſem aliquem Ptolemæi locum, in quo memoratam illam partem ſeptuageſimamſecũdam inſinuaſſe inueniretur Ptolemæus, ſicut aſſertũ eſt, & putatum à Cardano, vnde poſtea in Ephemeridibus ſuis poſuit eam eſſe planè commentitiam, atque à re ipſa pariter ac littera menteque Ptolemæi alienam: ſuntque inuenti plurimi, qui conſentiant, & hanc eandem ſententiam ſequuntur, vt mirum ſit, Cardanum in hoc ſeſe neque defendere, neque apertius declarare voluiſſe, ne quidem in commentarijs in Ptolemæum poſtremo recognitis, & locupletatis: præſertim cũ ſatis appareat, ipſeque, licet rectè, indicet non incognita ſibi fuiſſe dictarum illarum Ephemeridum contenta, aliàs enim de ipſis noluiſſet, vel non potuiſſet quicquam iure iudicare, & tamen interea hoc dum agit, huius, in quo præcipuè in illis coarguebatur, & ex quo tanquam ex re non parui momenti lectoribus, & ſtudioſis tot enaſcerentur dubitationes

 bitationes

bitationes nullam planè faciens mentionem, totum hoc negocium ſilentio præterijt. Nec conijcere mihi licuit, quo conſilio alio, ſi nõ quia in littera Ptolemæi forte nihil occurreret, aut eſſet in promptu, quod id quod prodidiſſet ſufficienter firmatum conſtare poſſet. Itaque hæc ſcribens cogitabam apud me, an nè aliquid eſſet & inueniretur apud Ptolemeum, quo excuſari, defendique poſſet Cardanus, & per quem demonſtrari poſſet, inſinuatum eſſe à Ptolemæo id, quod de communiter vſitatis Aequatoris temporibus ſeptuageſimaſecunda ipſorum parte adaugendis aſtruxit. Succurrebant autem ſtatim rationes non inuitæ, neq; diſſentaneæ à re ipſa, nec ab ipſius Ptolemæi verbis, menteque abhorrentes. Ptolemæus vbique teſtatur hanc diſciplinam, & ſua præcepta, verbaque naturaliter eſſe intelligenda, & ſeiungenda penitus à numeris arbitrarijs, vt quibus à natura nulla vis agendi ſit inſerta. Qua ratione ductus hoc quoque loco aſſeruit vnam integram Solis conuerſionem efficere vnum naturale, omniumque hominum ſenſus incurrens, & quod propriè dici mereatur tempus; quaſi dicat, Aegyptios, aut Arabum, imò & ipſos noſtros Iulianos annos non eſſe naturales, ſed arbitrarios, atque à naturalibus lõgè diuerſos, & defectibus, vel exceſſibus differentes, & qui ob id in hac arte naturali non poſſint tenere verum, aut verè phyſicum locum. Similiter intelligendus eſt Ptolemæus in capite ſequenti, vbi dicit, quodlibet Aequatoris tempus indicare aut definire nobis annum Solarem vnum, quod videlicet loquatur de Aequatoris naturalibus, non autem arbitrarijs temporibus, & hoc maximè, quia adiecit id fieri εὐλόγως, hoc eſt bonis & naturalibus conſentaneiſque rationibus. Nulla eſt autem ratio, vt res arbitraria indicet in hac arte rem naturalem: ſed oportet, vt tempora naturalia iudicentur à naturalibus, & neutiquam arbitrarijs temporum numeris: cumque annus Solaris ſit quædam ipſius naturalis reuolutio, & in ſeſe reditus, reſtitutioque. Ergo de ſententia Ptolemæi exquiſitè deſiderat indicari ab Aequatoris temporibus naturalibus, non autem arbitrarijs, qualia tercentum additis ſexaginta circulum conficiunt. Quod autem circuli in tricenas ſexagenas partes ſectio ſit artificialis & arbitraria, non autem naturalis, id ex ſeſe manifeſtum eſt, & in confeſſo apud omnes. Fatentur enim omnes, natura Solisque diurno per ſigniferum inceſſu monſtrante, cœleſtes ambitus ſuis diſtribui temporibus aut partibus, quibus ob id quoque apud recentes noua inuenta eſt additaque appellatio. Nam quas priſci partes appellarunt, moderniores gradus à Solis diurno progreſſu vocant. Sol enim quotidie tantum cœli percurrit, quantum ferè ſatis eſt ad conficiendam vnam circuli tricenam ſexagenam partem. Quem numerum artifices prætulerunt, non quia naturalis ſit, aut in ipſa rerum natura cohærens, ſed calculo maximè conueniens. Rectè ergo Cardanus & ex mente Ptolemæi voluit ſectionem circuli in partes 360 tãto abeſſe

à ſectione phyſica, quanto ſupputationibus artificialibus eſt conuenientior, aptiorque. Itaque & ob eam cauſam circuli naturalis eſt ſectio in tot tempora vel partes, quot temporibus, ſeu greſſibus Solis naturalibus diurnis vna reuolutio conficitur, expleturque. Nam talis & huiuſmodi Solis diurnus greſſus, non autem pars ſexagena fit & efficitur naturalis numerus, & ſecūdum potentiam annus ſolaris. Quod autem hæc ſit ſententia Ptolemæi & non alia, paulò ante clariſſimè demonſtrauimus. Non enim vult Ptolemæus, annum Solarem naturalem componi, conſtituique, aut indicari ab aliquo tempore, quod arbitrio hominum ſit limitatum: ſed quod in ipſa rerum natura cohęreat, & cui ipſa natura limites poſuerit, & naturalem habeat potentiam componendi Solarem annum. Habes ergo iam demonſtratum in Aequatore reperiri naturalia tēpora tot quot ſunt Solis greſſus diurni ad conficiendum, explendumque ſuum ambitum ſufficientes, nempe 365 proximè: atqui tempora eiuſdem Aequatoris artificialia, quibus in ſupputationibus neceſſariò vtimur, ſunt 360. Ergo per hæc illa ſecantes inueniemus, quantum ex naturalibus temporibus artificialium vni tempori competat, nempe tempus naturale, vnum addita parte ſeptuageſimaſecunda ad unguem; ſicut prodidit Cardanus. Melius & propius tamen ad ipſam veritatem accedendo dixiſſet partem vnam ſexageſimam octauam, quia annus Solaris non expletur plenè diebus 365, ſed diebus totidem addito diei quadrante ferè. Similiter medius, & naturalis Solis diurnus greſſus ab vno integro artificum tempore, ſeu vna tricena ſexagena parte deficit ſcrupulis ſecundis 52, quæ non ſunt vna ſeptuageſimaſecunda, ſed ſexageſimaoctaua pars integri proximè. Sed vt huius rei ſtudioſus Lector præciſionem non deſideraret, adieci competentiæ canonem ad ſecundaria vſque ſcrupula iuſtum.

Canonion Naibodæ naturalium annorum competentium vſitatis calculi temporibus.

Anni naturales	*Directionis Temp.*	*′*	*″*	*Anni naturales*	*Directionis Temp.*	*′*	*″*	*Anni naturales*	*Directionis Temp.*	*′*	*″*
1	0	59	8	34	33	30	43	67	66	2	18
2	1	58	17	35	34	29	51	68	67	1	26
3	2	57	25	36	35	28	0	69	68	0	35
4	3	56	33	37	36	28	8	70	68	59	43
5	4	55	42	38	37	27	16	71	69	58	51
6	5	54	50	39	38	26	25	72	70	58	0
7	6	53	58	40	39	25	33	73	71	57	8
8	7	53	7	41	40	24	42	74	72	56	16
9	8	52	15	42	41	23	50	75	73	55	25
10	9	51	23	43	42	22	58	76	74	54	32
11	10	50	31	44	43	22	6	77	75	53	42
12	11	49	40	45	44	21	15	78	76	52	50
13	12	48	48	46	45	20	23	79	77	51	58
14	13	47	57	47	46	19	31	80	78	51	7
15	14	47	5	48	47	18	40	81	79	50	15
16	15	46	13	49	48	17	48	82	80	49	23
17	16	45	22	50	49	16	56	83	81	48	31
18	17	44	30	51	50	16	5	84	82	47	40
19	18	43	38	52	51	15	13	85	83	46	48
20	19	42	47	53	52	14	27	86	84	45	57
21	20	41	55	54	53	13	30	87	85	45	5
22	21	41	3	55	54	12	38	88	86	44	13
23	22	40	12	56	55	11	46	89	87	43	22
24	23	39	20	57	56	18	55	90	88	42	30
25	24	38	28	58	57	10	3	91	89	41	38
26	25	37	37	59	58	9	11	92	90	40	47
27	26	36	45	60	59	8	20	93	91	39	55
28	27	35	53	61	60	7	28	94	92	39	3
29	28	35	1	62	61	6	36	95	93	38	12
30	29	34	10	63	62	5	45	96	94	37	20
31	30	33	18	64	63	4	53	97	95	36	28
32	31	32	26	65	64	4	1	98	96	35	37
33	32	31	35	66	65	3	10	99	97	34	45
34	33	30	34	67	66	2	18	100	98	33	53

Vt plurimum verò contingit, vt numerus directionis non reperiatur integrè deſcriptus in canonij latere dextro, ſed nō poſſunt ſupereſſe niſi quædam ſcrupula, quæ in canonion immitti nequeant. Ea igitur ſcrupula, ſi ſint prima, multiplicabis primum in ſex: inde verò eadem ſecabis in ſex, ſeu quod idem eſt, ſextam partem eorum numero ex dicta multiplicatione emergenti adijcies. Sin verò & ſecundaria ſcrupula ſuperſint, ſecabis ea in decem, vt hinc exeant dies, quos cum prioribus annis & diebus conficies in vnam ſummam, & habebis annos & dies ad vnguem, iuxta dictam rationem competentes directionis temporibus, & horum ſcrupulis. Ratio autem huius operationis, iuxta quam ſcrupula, quæ in canonion immitti nequeunt, commutantur in dies, manifeſta eſt, quia vni ſcrupulo primo iuxta hunc modum competunt dies ſex, addito ſextante; & ſcrupulis ſecundarijs decem competit dies vnus proximè, &c. Ecce habes iam candide Lector opinionem Cardani de temporibus directionum per ſeptuageſimam ſecundam ſui partem augendis per Ptolemæi verba, & horum verum ſenſum excuſatam, atque adeò etiam ad ſubtiliorem limam reuocatam, ita vt tuo deſiderio planè ſatisfactum putem: ipſe autem Cardanus partem hanc aliter & alibi inſinuatam putabat: nam in commento capitis ſequentis: numero, inquit, directionis temporum adde ſeptuageſimam ſecundam partem ſemper, cuius non meminit Ptolemæus, cùm eam ſuperius in primo libro inſinuauerit. Ego certè locum nequeo ſatis conijcere, vbi in libro primo eam intelligat inſinuatam, ſi non in capite decimo, quod eſt de temporum anni poteſtate.

Appendix Io. Antonij Magini.

Si ante mearum tabularum primi Mobilis editionem Naibodæ opinionem cognouiſſem, proculdubio plurimum eidem vt probabiliori præ cæteris tribuiſſem. Quamobrem lubens volensque nunc eam ad verbum ex commentario Naibodæ in Quadripartitum Ptolemæi deſcriptam ſtudioſis communicaui: Quinimo vt minore ſtudio, ac facilius arcus directionis in tempus conuerti queat, qua de re Canone 49. mearum tabularum directionum egi, binas haſce ſubſequentes tabulas conſtruxiſſe volui, præſuppoſita vera anni quantitate dierum 365. horarum 5.49′. ferè, quam noſtris his temporibus Tycho Brahe comprobat, in quarum vnam cum gradibus integris, in alteram verò cum ſcrupulis ſeu minutis, quæ à primo ingreſſu ſuperſunt ingredimur, & quod ex duplici hoc ingreſſu ſub columna temporis colligitur, directionis tempus appellamus.

Tabula conuerſionis minutorum ęquatoris in tempus pro directionibus.

Min. direc.	Tempus Dies	H.	Min. direc.	Tempus Dies	H.
1	6	4	31	191	11
2	12	8	32	197	16
3	18	13	33	203	20
4	24	17	34	210	0
5	30	21	35	216	4
6	37	1	36	222	9
7	43	6	37	228	13
8	49	10	38	234	17
9	55	14	39	240	21
10	61	18	40	247	2
11	67	23	41	253	6
12	74	3	42	259	10
13	80	7	43	265	14
14	86	11	44	271	18
15	92	16	45	277	23
16	98	20	46	284	3
17	105	0	47	290	7
18	111	4	48	296	11
19	117	9	49	302	16
20	123	13	50	308	20
21	129	17	51	315	0
22	135	21	52	321	4
23	142	1	53	327	9
24	148	6	54	333	13
25	154	10	55	339	17
26	160	14	56	345	21
27	166	18	57	352	2
28	172	23	58	358	6
29	179	3	59	364	10
30	185	7	60	370	14

DE

DE DIRECTIONIBVS
EX COMMENTARIIS
VALENTINI NAIBODAE
in caput Vndecimum
tertij Apoteleſmatici Ptolemæi

TEXTVS PTOLEMAEI.

CAETERVM annorum numerus, quem partes vitæ ſuſtentatiuo & peremptorio loco interiectæ concernunt, non ſimpliciter nec via ſupputationis vtcumque inita captandus eſt, ſicut plurimi tradiderunt, ex aſcenſionum ſemper, & vnicuiuſque partis temporibus, niſi tunc ſolùm, cùm aut ipſe finiens ortiuus ad vitæ ſuſtinendæ poteſtatem admiſſus eſt, aut aliquis aliorum apud orientem aſcendentium. Sanè ſi quis hanc doctrinæ partem ſecundum naturam diſquirat, is ex omnibus non niſi vnum modum, quem ſequatur ſibi proponi ſentiet, nimirum vt exploretur, quot Aequinoctialis temporibus locus, ſeu corporis ſeu irradiationis ſequens ad antecedentis loci in ipſa genitura ſitum perferatur, eò quod Aequinoctialia tempora æqualiter tranſmittuntur tam apud Horizontem quàm meridianum, quorum amborum reſpectu ſimilitudines locorum accipiuntur, valentque probabili ratione de temporibus vnumquodque annum ſolarem vnum.

Valentini Naibodæ Commentarius.

DE his, quæ ſequuntur, conqueritur Cardanus tamquam à Ptolemæo obſcurè prolatis, & haud iniuria conqueritur, niſi enim eſſent cooperta, fieri non poterat, quin nanciſcerentur aliquos, à quibus fuiſſent percepta, & explicata. Sed tantum abfuit, vt perciperentur, vt & ipſe quoque hic omnem ferè operam luſiſſe reperiatur: & quidem in prima commentariorum editione prolixiorem ſimul ac magis ad rem facientem, in ſecunda verò bre-

niorem,ſed magis perplexam,latiusque exorbitantem explicationem
attulit. Ipſe ponit tres dirigendi modos, quarum nullus dici meretur
verus,nedum exquiſitus;nec enim ſolum ab ipſa veritate,& à genui-
na Ptolemæi intentione diſcordant, verum etiam inter ſe diſcrepant:
& quidem diſſentiunt non leui aliquo minimarum partium,aut etiam
graduum numero: ſed & plus quandoque quam dodecatemoriorum
cæli medietatibus, vt quilibet videre poteſt in exemplo, quod præſen-
tem textum exponere volens propoſuit ex ſua gen. trifariam dirigen-
do Lunam ad ſuos promiſſores. Ad hunc itaque modum dirigendo
per integrôs ferè duos annorum decades aberrant, neque interim vi-
derunt,aut dicere potuerunt,quæ de deuiationibus ab ipſa veri ſemi-
ta,vel Ptol.intentione magis exorbitaret; nec mirum,qui enim ipſam
veritatem cognitam & perſpectam non habent, fieri non poteſt, vt
quanti ſint abſceſſus, aut defectus ab ea metiantur. Quapropter in
tanti momenti rei tanta perplexitate, ſi tibi demonſtratione patefe-
cerimus,quid verum ſit, & quid falſum, & quæ ſequi,quæque relin-
quere conueniat,non poteris iure dicere,nihil aũt parum valuiſſe no-
ſtros quoque in his nodis exſoluendis labores, per quos adhuc coo-
perta reſerantur,& pateſcunt,quæque incerta & indefinita manebant
clarè prolatis rationibus neceſſarijs definiuntur,& ne latè verbis va-
gemur,iam per verba Ptolemæi diſcurrendo ſimul rem ipſam ſtudio-
ſo Lectori patefactam ob oculos ponere conabimur.

Primo autem ex verbis Ptolemæi clarè conſtat, quid ſit dirigere,
nempe venari Aequatoris tempora,quæ ſignificatori & promiſſori in-
terijciuntur.Quidam indiſertè docuerũt,ſemper ſimpliciter,& vniuſ-
cuiuſque partis, hoc eſt in directione cuiuſlibet ſignificatoris vbicun
que locorum in figura cœli collocatus inueniretur, memorata tem-
pora captanda eſſe ab aſcenſione climatis, hoc eſt in Horizõte,in quo
natiuitas peracta eſt.Hanc viam tanquam rudem, ineptam, & falſam
reijcit Ptolemæus,& planè negat eam poſſe conſtare,aut habere locũ
excepto vno caſu,nimirum cùm vel ipſe gradus exoriens, aut aliquod
aliud de corporibus apud ortiuum finitorem repertis ad munus ſigni-
ficatorum admittuntur.In ſolo enim hoc caſu aſcenſiones climatis pa-
tefaciunt nobis iuſta tempora ſignificatori promiſſoribusque ſuis in-
teriecta; non autem cum excurſor extra finitorem orientalem alium
in figura cæli locum ſortitur. Hæc clara ſunt, ſed nec minus clarum
eſt illud, quod ſubijcit: ſi quis (inquit) hanc doctrinæ partem iuxta
leges naturales ſcrutari velit, is inter omnes modos, quos homo co-
gitare poteſt,non poterit inuenire niſi vnicum,& proprium,quem ſe-
qui conuenit, relictis omnibus alijs. Eſt igitur de Ptolemæi ſententia
vnius ſcopus,& non plures ſcopi ſeu formæ, quas dirigendo captare
debemus; quem ſcopum prout quiſque via operationis ſolertiore con

tingere

tingere nouerit, ita veritatem ipſam dirigendo propius attinget, & quanto ab eodem abſceſſerit, tanto quoque ab ipſa veritate deficere conuenit; & eſt, vt exploremus, quot Aequatoris temporibus locus ſequens perferatur ad excurſoris in genitura ſitum. Qualis eſt iſte precurſoris in genitura poſitus? ipſe eſt circulus poſitionis per mutuas Horizontis, & meridionalis ſectiones, & per locum præcurſoris incedens. Qui igitur ſubtili calculationis modo nouerit inuenire, quot temporibus Aequatoris promiſſor ſupradictum poſitionis circulum motu vniuerſitatis aſcendit, & perfertur, is rectiſſimè de ſententia Ptolemæi diriget. Hinc æſtimare licet prætium iudicij Cardani volentis iudicare dirigendi vias in tabulis Monteregij expoſitas. Eſt quidam dirigendi modus, inquit, per tabulas exactiſſimas Ioannis Regiomontani, qui ætate noſtra laborem hunc illuſtrem, & difficillimum ſuſcepit: ſed ſi conficiendi difficultas operandi difficultatem leuaſſet, aut operandi difficultas parem laboribus vtilitatem adferret, certè omnino illis vti præſtaret, &c.

Duo itaque carpit in opere noſtri Monteregij, & neutrum benè procedit, primo quod difficilè fuerit conſtruere tales numeros, & quod magna conſtruendi difficultas non leuauerit, aut ſuſtulerit difficultatē operandi, magnoſque labores reliquerit ijs, qui illos numeros vſurpare vellent. Hoc autem non benè dicitur; nam & aliæ vtcumque initæ, atque rudiores operandi viæ præter deficientiam ſuos quoque habent labores, tædiaque non multo minora, ita vt qui aſcenſionum deſcenſionumque doctrinæ non ſunt omnino rudes, æquè facilè incedant viā hanc exquiſitam; perficitur enim ſumpta præcurſoris declinatione, & aſcenſione recta, & à culmine cœli diſtantia, per quæ pateſcit numerus partium, quibus abnuit polus Septentrionalis à circulo poſitionis, in quo præcurſor hæret, & hic eſt circulus ille, in quo peragitur tota directio perinde, ac ſi in Horizonte climatis hæreret præcurſor: obſeruato ſimul, quod his circulis poſitionum per medietatem mundi ſcandentem ſumptis non ſit aliter vtendum ad habenda tempora aſcenſionū, quàm finitore ortiuo.

In reliquis verò, qui ſumuntur in mundi medietate deſcendente, ſumenda ſunt deſcenſionum tempora, perinde vt fieri ſolet, cum præcurſor inuenitur hærens in occiduo finitore, neque ineſt aliqua alia difficultas. Non eſt autem æquum de aliorum preceptis ferre iudicium ex potentia intellectus, vel facultatibus eorum, qui eas ignorant, atque vel ob ignauiam, vel animi tarditatem prima rudimenta fideliter non cognoſcant. Latiorem autem huius viæ expoſitionem hic non adferemus, eſſet enim fruſtra & ſcripti moles augeretur multum extra propoſitum, quia iſta planè luculenterque ſunt expoſita alibi, & ab ipſo Regiomontano, cuius traditio ſi cuipiam videatur ſuccinctior, aut ſub-

operationem excuſantis, ex eo quod Ptolemæus mox ſubtexuit; nẽpe quia reſpectu amborum illorum Aequinoctialis ſcilicet, & meridionalis circulorum ſumãtur locorum ſimilitudines. Quales ſunt iſtæ locorum ſimilitudines? quæ nimirum logica conſideratione intelliguntur, & ſunt illi ipſi poſitionum circuli, quibus præcurſores inhærent, vtq; in imagine naſi ſimitas, & omnia reliqua archetypi cerni, inueniríque debent, ita quoque in his locorum ſimilitudinibus, ſeu poſitionum circulis inueniri debent omnia quæcumque conueniunt & inſunt horizonti & meridionali climatis: aliàs non poſſet verè dicere in illis horum amborum ineſſe ſimilitudines. Eſt autem conuenientia primum in hoc, quod Aequatoris tempora etiam per memoratos poſitionum circulos æquabiliter tranſmittuntur, ſicut & de horizonte, & de meridionali climatis dicebamus, & hæc tranſmiſſionis æquabilitas omnibus illis circulis æquè ſtabiliter adeſt, ac circulis coluris per polos mundi deſcriptis.

Ac per hos quidem Aequator ideò tranſit æquabiliter, quod in mutua ipſorum ſectione mundus, & Aequator veraciter conuertantur. Illi verò licet mutuam ſectionem faciant non in polo mundano, ſed in commiſſura, vbi Horizon & meridianus climatis coeunt: nihilominus tamen æquabiliter Aequatoris tempora tranſmittunt perinde ac ſi mundus vel Aequator circa illas ſectiones conuerteretur, vt paulò inferius loquitur Ptolemæus. Hæc tranſmiſſionis temporum æquabilitas alijs circulis extra meridionalem climatis ſeſe ſecantibus non accidit. Hoc igitur eſt vnum poſitionis circulorum cum Horizonte & meridiano climatis ſimile. Adijcio aliud & quidem præcipuum quod ſpectamus, & eſt, quod quemadmodum Horizon climatis ſemper remouetur arcu ſemidiurno à ſuperno culmine climatis eiuſdem; eodem modo etiam vnuſquiſque de poſitionum circulis reſpicit ſuum meridionalem, à cuius culmine ſupra extante ſimiliter remouetur ſemper ſuo ſemidiurno arcu. Et qui hoc non conſiderauerunt, in tenebras ineluctabiles inciderunt, in quibus verſantes mirantur, quomodo fiat, vt cùm Ptolemæus apertè teſtetur, naturales directiones in circulis poſitionum ſumi, & tamen numeri iuxta ipſius operandi modum ſumpti plurimum diſtare inueniantur à numeris, qui in poſitionum circulis capiuntur. Cardanus hîc proponit exemplum ex ſua genitura deducendo Lunam ad corpus Iouis, & hoc conatur præſtare ad imitationem exemplorum, quæ Ptolemæus propoſuit, ſupponitque Lunam in grad. 11. minu. 44. ♓ Iouem verò in gr. 3. 26′. ♉ & negligendo latitudinem iſtorum planetarum, ingreſſus per viam multis, ac ſatis perplexis ſupputationibus contentam, vt tu ipſe videre potes, tandẽ enunciat de ſententia Ptolemæi inueniri illius directionis tẽp. 35. min. 28. Cumq; receſſum habuerit fateri Ptolemæũ

requi-

nequit eſſe: nam ſi integris partibus errores intercedere parum eſſe cenſeamus, quæ erit ars? aut quomodo fieri poterit, vt directio annũ euentus demonſtret? Erunt igitur ſic omnia fortuita. Sed quod operatio iuxta veram Ptolemæi mentem, & intentionem, quam expoſuimus, ſumpta concordet omnino & ſcrupuloſè conueniat ſupputationibus mediante circulo poſitionũ initis, demonſtrare licet ad oculum illis ipſis numeris, per quos Cardani ſupputationes modò conuellebamus; ipſi quippe cum ſint veri, quemadmodum à falſo diſcrepabũt, ita multo magis eoſdem conuenire neceſſarium eſt veræ Ptolemæi ſententiæ cum verum vero ſemper conueniat ad unguem.

Lunam ponit in circulo, cui polus abnuit par. 40. min. 10. in hoc ſitu reperta eſt Lunæ aſcenſionalis differentia temporum 6. 6'. 4''. quæ ſubducentes à circuli quadrante, reliquum facimus Lunæ arcum ſemidiurnum temp. 83. 53'. 56''. Hunc rurſus ab aſceuſione Luna recta temp. 343. 8'. 23''. ſubducentes, reliqua facimus tempora 259. 14'. 27''. quæ debentur medio cœlorum culmini, ad quod circulus poſitionis Lunaris ita reſpicit, ſicut horizon ad meridionalem climatis, quorũ amborum reſpectu, vt dixit Ptolemæus, tales accipiuntur ſimilitudines, ſeu mutuæ relationes. Hæc igitur medij cœli tempora 259. 14'. 27''. ſub duco iam ab aſcenſione recta Iouis temporum 31. 12'. & remanent tempora 131. 57'. 33''. quibus Iupiter in genitura à dicto medio cœli diſtat. Sequitur ergo, vt perquiramus, quantum Iupiter diſtet ab eodem illo cœlorum medio culmine tunc, cùm perfertur ad memoratum circulum poſitionis Lunarem. Ergo Iouis diurna horaria tempora, quæ quidem ſunt tempo. 16. 49. 23''. ſexies ſupputantes conficiemus tempora 100. 56'. 17''. quibus Iupiter ad circulum poſitionis Lunarẽ delatus à memorato cœli culmine diſtat. Diſtabat autem indidem in primo ſitu, & ab initio temporibus 131. 57'. 33''. Differentia diſtantiarum eſt tempo. 31. 1'. 16''. & hæc ſunt illa directionis, quæ quærebantur tempora, atque totidem etiam ad unguem aſcendunt in circulo poſitionis Lunari, interea donec Iupiter ad eum perferatur.

Vides ergo iam horum modorum non tantum in integris partibus, verum etiam in ſcrupulis ſecundis, rectè ſupputatis conuenientiam. Eandem hanc numerorum iſtorum conſtantem congruentiam videre eſt etiam tunc, cùm obſeruamus, vt par eſt, planetarum latitudines. Valeant ergo quicunque alios numeros, à numeris, qui poſitionum circulis competunt, tàm enormiter diſcrepantes, quaſi ex mente ſententiaque Ptolemæi colligerentur, laudant.

Ex his autem fundamentis, quæ monſtraui, licet nobis condere generalem operandi regulam ſimplicem, firmam, infallibilem, veriſſimã, & exquiſitam, & quæ Ptolemæi intentionem naturalem veraciter exprimat, & multum à tergo relinquat omnes alios operandi modos,

etiam

etiam illos, quos ipſemet Ptol. ſubiecit & ab his variant. Vterq; enim illorum modorum inſignibus à veritate, propriaque eius intentione defectibus, exceſſibusque egregiè vitiari cernitur. Neque eſt, quòd hic magiſtri præſumptionum in feruorem ſubitò efferantur, atque vt eſt mos imperitorum, præceps antequam quod trado, plenè perſpexerint, me ante tempus damnare incipiant ex eo, quod dicebam operandi modos multifariam abſceſſibus & defectibus ab ipſiuſmet intentionibus vitiari. Hoc enim etiam ſi verum ſit, & cum ratione proferatur, tamen verendum eſt, vt à talibus ſciolis tanquam incredibiliter dictum, ſtatim ne proclametur. Nullus enim vnquam ſententias iudicum moleſtiores experimur, quàm vel diabolicorum vel imperitorum rudiumque, deque rebus antequam eas cognoſcant ſententias efful-minantium, vt haud immeritò dixerit Comicus, homine imperito nihil quicquam in vita reperiri iniuſtius: non enim quod aliquis ignarus falſum eſſe putat, definit eſſe verum, vt iam nihil dicatur de reliquis, qui ſponte & cum conſcientia veritatis calumniatores exiſtunt. Verum his paulò poſt occurremus bonis & neceſſarijs rationibus, poſtquam paucis verbis propoſitum noſtrum operandi modum expoſuerimus.

Itaque primo per problema Monteregij noſtri vigeſimum inueniatur, quantum abnuat axis ſupra poſitionis circulum, in quo hæret præcurſor ſeu ſignificator, ad quem ſequentes promiſſores perferri deſiderant.

Secundo deinde in eodem axis ſic inuento abnutu ſumas ipſius præcurſoris, pro uiribus exquiſito calculo, arcum ſemidiurnum, & hunc more Aſtronomico ſubducas vel adijcias eiuſdem præcurſoris aſcenſioni, quæ in ſphæra recta ſumitur: ac ſubduces quidem, cùm circulus poſitionis Aphæticus fuerit inuentus in mundi medietate, quæ tempore geniture ſcandit: adijcies verò, cùm in medietate pilæ reliqua deſcendente, & ſic tibi relinquentur, vel componentur Aequatoris tempora, quæ debentur medio cęlorum culmini, ad quod memoratus præcurſoris circulus poſitionis perinde reſpicit, ſicut in regionis climate Horizon ad meridianum, quemadmodum iam ex verbis, menteque Ptolemæi demonſtrauimus. Ita ſanè in vniuerſum fiet, & intelligetur præcurſor hærens in ſuo horizonte, & eo quidem ortiuo, ſi circulus eius cadat in medietatem mundi tempore geniture ſcandentem. In occiduo verò, ſi in medietatem reliquam deſcendentemque, & nunquam extra horizontem, niſi cum fortè præcurſor tempore naſcendi Regionis meridionalem occupauerit, & tunc his præceptis non opus fuerit, fiuntque & peraguntur veræ directionis facillimè ſumptis ſimpliciter aſcenſionum temporibus in obuolutione ſphæræ erectæ.

Tertiò conuertas te ad locum ſequentem, quem promiſſorem vocant, atque huius quoque ſumas tùm à dicto medio cęlorum culminæ diſtantiam, tùm verò horaria tempora, & ea quidem ſemper diurna quàm exquiſitiſſima & ad ſecunda ſcrupula vſque ſupputata, quæ ei conueniunt in abnutu, quo axem à circulo poſitionis aphætico abnuere iam prius inuenoras. Cæterum illam diſtantiam à dicto cęli culmine perinde intelligo, ſicut Monteregius problemate 19. intelligit ſtellæ à Meridionali regionis diſtantiam, qua à Meridiano ad ſtellam itur; aliàs quidem per conſequentia; aliàs verò per præcedentia dodecatemoria, quod modo tanquam ſatis notum ſumimus. Et hanc talem promiſſoris ab illo culmine diſtantiam nominamus cum Ptolemæo diſtantiam eius primam, ſeu qua ab initio, & in genitura culmen illud pariter, ac circulum poſitionis Aphæticum reſpicit.

Quartò & finaliter, vt habeas inuentam eiuſdem ſignificatoris ſecundariam quoque à memorato culmine diſtantiam, quam ipſe in circulum poſitionis Aphæticum delatus accipit generaliter, & vniuerſaliter horaria ſua tempora diurna ſexies ſupputata, ſeu quod idem eſt in numerum 6. multiplicata (ſex enim integris horis in hac ſupputatione præcurſorum ſupponitur à ſuo diſtare culmine) & habebis in lucem prolatam eius diſtantiam ſecundariam, quam habere intelligitur tunc, cùm in circulum poſitionis Aphæticum ad vnguem inciderit.

Hanc igitur ſubducas ab illa, ideſt diſtantiam ſecundariam auferens à primaria, & quidem vniuerſaliter & abſque exceptione, ſi præcurſor in ortiuo ſcandentis in genitura mundi aſcenſionum circulo hæreat, & reliqua tibi facies quæſitæ directionis veriſſima ſupputatione conquiſita tempora. Quòd ſi verò circulus poſitionis Aphęticus ſtatuatur in medietate mundi tempore geniture deſcendente, & ob id occiduo horizonti proportione reſpondeat; tunc vel vice verſa promiſſoris diſtantiam primariam ſubduces à ſecundaria, promiſſore nimirum medium cęli culmen aſcendente. Vel vtramque in vnam ſummam conijcies, ſi promiſſor hæreat in partibus memoratum cęli culmen ſequentibus, id quod non niſi rarò in vſum vtiliter venire poteſt, ſi quando videlicet directionis tempora arcum promiſſoris diurnum excedere debeant.


His indubitata fide peraguntur, & abſoluuntur omnes directiones, ſuntque clara & neutiquam ſinuoſis calculationum labyrinthis perplexa, & per quæ, quod maximum eſt, veriſſima & exquiſitè valdè limitata ſumere licet directionum tempora ſi ſis diligens, neque ex doctrina motuum ſimul ingerantur quidam defectus.

Aliorum operationes, quas malo ſententiæ Ptolemæi intellectu, &

ad imitationem operationum eiuſdem Ptolemæi protulerunt, multis eſt videre numerorum impeditas anfractibus, & ob id minimè claras aut faciles, ſicut prædicantur, & deſtitutas illa rationũ euidentia, qua ſuffultas eſſe aſtruxerunt. Multas cauſas firmas, & euidentes eſſe ſcribunt, quibus innitantur, & interea nullam proferunt, quæ vel vnius pili poſſit valere precium, & quod maximum eſt Aphætico circulo extra genituræ Cardines cadente, nulla planè diligentia ipſis conferre poteſt ad nanciſcendam, conſequendamque promiſſoris veram in circulo Aphætico poſitionem, vt clarum ſit, eos vtrobique & in theorica & in opere harum rerum defeciſſe quàm plurimum.

Vt verò Ptolemæus ſuos operandi modos, quibus promiſſorum ſequentium ad circulos Aphætarum præcedētium delationes quadantenus exponi putabat, propoſitis exemplis illuſtrabat; ita & nos iam in hoc ipſum imitando faciemus, ac de ſignificatore horoſcopãte, vel culminante, vel occidente ad vnguem in genitura nullo modo proferemus exempla, vt de re ex ſe ſatis manifeſta, & in contextu & alibi ſufficienter declarata. Extra quoque hos Cardines loco Aphætico cadente, cùm memorata noſtra ratio reperiatur eſſe ſimpliciſſima, neq; ſit in vulgatam caſuum multitudinem diſtracta, & horarijs quoque promiſſorum temporibus ſolum diurnis contentetur, & denique circulus Aphæticus ſemper intelligatur eſſe vel ortiuus, vel occiduus finiens; idcirco ſuffecerit duo potiſſimum genera caſuum exemplis declaraſſe, quorum alterum ſit de Aphætico circulo in genitura reperto in medietate mundi ſcandente: alterum verò in deſcendente. Vtar autem exemplis non fictis, ſed in rerum natura cohærentibus. Propoſito autem caſu declarando ſumemus circulum poſitionis Lunarem, qui in gen. Cardani reperitur in medietate mundi ſcandente, & ad eum deducemus, vt & ipſe fecit, primò diametrum Solis, inde verò corpora Iouis, Martis, & Saturni. Et vt res ſit illuſtrior adijcio ſimul hic integram eius geneſim, & loca planetarum, pro vt ea monſtrantur per numeros Prutenicos, quibus vtemur. Domos quoque diſiunximus per geminata horaria aſcendentis tempora in abnutu axis par. 44. 20'. vt ipſe fieri voluit, vt Lunam ſibi ad Aphæticum circulum extolleret, cui tamen nos non credimus.

290. 4.



Luna habet latitudinem meridionalem ſcandentem par. 4. 22′. & declinatio eius eſt par. 11. 29′. meridiana, & aſcenſio eius recta temp. 344. 9′. 25″. in ſupputatione exquiſita, & circulus poſitionis, cui inhæret, eſt ille, cui axis abnuit par. 41. 25′. Differentiam tantam noſtræ, & Cardani ſupputationis fecit latitudo Lunæ à nobis obſeruata, & ab illo contempta. Porrò in hoc circulo poſitionis facit Luna differentiam aſcenſionalem temp. 10. 19′. 8″. quæ deducta à quadrante circuli reliquũ facit Lunæ arcum ſemidiurnum temp. 79. 40′. 52″. quæ rurſus ſubducimus ab aſcenſione Lunæ recta tempo. 344. 9′. 25″. vt reliqua faciamus tempora 264. 28′. 33″. quæ debentur medio cęli culmini, ad quod circulus


culus poſitionis lunaris relatus proportione reſpondet Horizonti ad meridionalem in regione relato, id quod ſemper & omni in initio operationis conſtituendum eſt. Quo conſtituto promiſſores, qui ſequuntur, facilè fuerit, quotquot volueris ad eundem circulũ Apheticũ perducere, præſumptis ipſorum horarijs temporibus diurnis. Aſpiciamus primũ radium oppoſitum Solis, qui cadit in gr. 10. 38′. 37″. ♈ cuius aſcenſio recta temp. 9. 46′. 54″, à qua ſubducentes culminãtia temp. 264. 28′. 13″. reliqua faciemus temp. 105. 18′. 21″. quæ eſt diſtantia promiſſoris à culmine primaria. Iam vt eiuſdẽ habeamus inuentam ſecundariam quoque diſtantiam, horaria eius temp. diurna (quæ quidẽ declinatio eius par. 4. 14′. 46″. in circulo Aphetico monſtrat eſſe 15. 37′. 11″. ſexies ſupputantes, conficimus temp. 93. 43′. 6″. quibus nimirum diameter Solis ad circulum poſitionis lunarem delatus à culmine illo diſtat. Hæc igitur ab illis ſubducentes inueniemus differentiam temp. 11. 35′. 15″, quę quidem ſunt directionis quæſitę tempora multis integris partibus à ſupputationibus Cardani differentia propter obſeruatam præcipuè Lunæ latitudinẽ. Venio ad Iouem, cuius latitudo meridionalis par. 1. 54′. & declinatio Borea par. 10. 38′. proximè, & aſcenſio recta temp. 31. 8′. & ob id primaria eius à culmine Aphetico diſtãtia tẽp. 126. 39′. 27″. & horaria eius diurna tẽp. 26. 35′. 16″. quæ ſexies augentes conficiemus ſecundariæ eius diſtantiæ temp. 99. 31′. 36″. vt ſit diſtantiarum differentia temp. 27. 7′. 51″. Totidem etiam ad vnguem conficiemus per aſcenſionum tẽpora in circulo poſitionis lunari ſumpta. Differentia enim aſcenſionalis Iouis eſt temp. 9. 31′. 35″. quæ ſubducta ab eius aſcenſione recta temp. 31. 8′. relinquunt aſcenſionis in circulo lunari tempora 21. 36′. 25″. à quibus cum ſubducitur aſcenſio ☉ tẽp. 354. 28′. 13″. fiunt reliqua tempora 27. 7′. 51″.

Sequitur Mars, cuius locus latitudinis meridionalis par. 1. 24′. & declinatio ſeptentrionalis par. 20. 43′. Aſcenſio recta temp. 69. 26′. differentia aſcenſionalis par. 19. 29′. horaria diurna temp. 18. 14′. 50″. primaria à culmine diſtantia partium. 164. 47′. 27′. at ſecundariã eius indidem conficimus, diurna eius horaria temp. 18. 14′. 50″. ſexies augentes, vt fiant temp. 109. 29′. quæ ab illa primaria ſubducentes reliqua facimus quæſitæ directionis temp. 55. 28′. 27″. Sic Saturni latitudo eſt partium 2. 15′. meridionalis, & declinatio par. 20. 47′. Borea, & recta aſcenſio temp. 78. 14′. Differentia aſcenſionalis temp. 19. 33′. & horaria diurna temp. 28. 15′. 30″. primaria à culmine diſtantia temp. 173. 45′. 27″. At ſecundam eius indidem diſtantiam conficimus, diurna eius tempora 78. 15′. 30″. rurſus ſexies ſupputantes, vt exeant tempo. 109. 13. Differentia diſtantiarum monſtrat quæſitæ directionis tempora 64. 12′. 17″. Qui numeri licet veri ſint, tamen variant ab illis, quos poſuit Cardanus interuallis inſanis, & ad vigeſimam partem totius cęli

accedẽ-

accedentibus, vt ex collatione eſt videre. Quid igitur hoc eſt aliud, quam vt dici conſueuit, toto aberrare cęlo?

Adferamus iam exemplum de Aphętico poſitionis circulo cadente in medietatem mundi, quæ genituram deſcendit, & hoc ſumemus clariſſimum ex Cardani primogeniti genitura, quam ab initio huius commenti poſuimus ſimul monſtrando, quod Mercurius luſtrans domum ſeptimam propè occaſum eſſet Aphæta: occiſor autem corpus Saturni luſtrantis Cancrum in octaua.



Latitudines

♄	0	26	M.	A.
♃	0	6	S.	D.
♂	0	51	S.	D.
♀	2	17	S.	A.
☿	1	52	S.	A.
☽	3	50	M.	A.

Siquidem (ait Naiboda in illo loco) Mercurius hic & loco præſtat, & efficitur vtriuſque ſectæ locorum potentiſſimus dominus, ipſe enim eſt angularis, & in ſuo carpento dignificatus, & cum Luna iunctus, & præter hæc etiam in Solis & Lunæ & coniunctionis luminarium antegreſſæ locis carpentum obtinens, & ab exortu Veſpertino directus & in maxima à Sole elongatione, non potentia ſaltem, ſed re ipſa poſt Solis occaſum lucens: itaque & ob eam cauſam merebatur de Ptolemæi ſententia, vt ipſi vitę ſuſtinendæ tribueretur dignitas. Eſt itaque ipſius Mercu-

Mercurij declinatio inuenta par.25.11'. addito ſemiſſe Borea. Vnde arcus eius ſemidiurnus temp.116.14'.qui ad eiuſdem Mercurij aſcenſionem rectam temp.83.17'. adiectus facit tempora 199.31'. quæ debentur medio cęlorum culmini, quod circulus poſitionis Aphæticus Mercurij perinde reſpicit, ſicut Horizon occiduus ad Meridionalem in ipſamet genitura. Ab hoc aſcenſionem rectam Saturni temp.113. 13' 30''. ſubducendo reliquam facimus primariam Saturni à culmine diſtantiam temp.86.17'. addito dodrante; inde verò horaria Saturni tempora diurna 18.35'.5''. ſexies augentes conficiemus ſecundariæ diſtantiæ tempora 111.30'.30''. à quibus primariam diſtantiam ſubducentes, reliqua facimus quæſitæ directionis tempora 25.12'. addito dodrante, hoc eſt temp.25.additis ſcrupulis primis 13. proximè: quémadmodum & ſupra in circulo poſitionis Mercurij Aphætico ſupputabantur.

Iam vt omnis explicetur varietas, adijciemus hic in eadem genitura ſiniſtrum Saturni quadrantem, quæ cadit intra culmen in gra.21. 34'.♎. ad cuius aduentum quamuis prorogata non ſit, neque extendi debuerit vita: tamen ad complendum & illuſtrandum præceptum ſatisfacit. Declinatio eius eſt par.8.25'. meridionalis. Aſcenſio recta temp.199.55'.à quibus in hoc caſu oportet ſubducere culminis aſcenſionem rectam temp.199.31'. quo facto relinquetur memoratæ Saturni quadraturæ à culmine primaria diſtantia temp. 0.24'. duntaxat. Porrò ſecundariam eiuſdem diſtātiam conficimus horaria ipſius diurna tempora 13.40'.ſexies augendo, vt fiant temp.82.ad vnguem, quibus quadratura Saturni ad circulum Mercurij Aphæticum perlata à culmine diſtat ſecundariò. Diſtabat autem indidem primariò ſcr.24. Ergo has diſtantias componentes conficimus quæſitę directionis tép. 82.24'.& ſic in alijs omnibus.

Neque modo adferam exempla plura cùm dicta & ad Ptolemæi intentionem aſſequendam, & ad noſtram expoſitionem intelligendā intelligere volentibus ſufficiant. Sed dices, quomodo fieri poteſt per ea, quæ adhuc ſunt dicta veram intentionem & genuinam Ptolemæi ſententiam demonſtrari, cùm ex ipſius exemplis manifeſtum ſit apud omnes, quod locorum dirigendorum faciat comparationem ad cœli in ipſa genitura ſumptum culmen, non autem ſicut nos hactenus fecimus, ad cęli medium, à quo Aphæticus poſitionis circulus arcu ſemidiurno diſtat. Qui Ptolemæum non intelligunt niſi ex cortice, ſeu ſic argumentando magnam ſe rem nobis & inexplicabilem objicere putant, his ita iam occurrendum eſt, non obſtante eo, quo ab hac longa commentatione ad ſequentia eſſet ſuccedendi animus. Ingens eſt diſcrimen inter ea, quæ contemplamur, & ea, quibus quæ contemplati ſumus, actionibus operum exprimere conamur. Sic Sagittarij omnes be-

nè intelligunt, ſcopum eſſe contingendum ad vnguem ſi fieri poſſit, quem tamen paucilſimos attingere, plurimos verò hinc inde circa ipſum aliosque plus alijs, minusque aberrare videas. Et omnes Medici ſatis ſciunt, & intelligunt ſi meatus veſicæ obturentur à calculo, hanc eſſe tamquam cauſam morbi præſentem auferendam: ſed ad hunc finẽ non vnicam ſolum incedunt viam, neque omnes æquè propè attingũt: ferociores per incifionem non ſine maximo vitæ periculo ſe breuiter expediunt: mitiores imminutum, contritumque per vrinam eijcere conantur. Iam ſi conterere nequeant, tranſponendum eſſe conſulunt; & diſſoluentium alij exoluunt partem magnam, vel paruam, alij totum quidem, ſed qui eiectus relinquat à tergo radicalem, ex qua promptè renaſcatur. Hi omnes vnum petunt ſcopum, ſed quem plenè non aſſequantur: optimi enim artificis officium ſic fuerit. Totum contritum ita proiicere, vt & inconſpecta illa intus deliteſcentia ſemina ſimul tollantur, nec quicquam radicum remaneat, ex quibus rurſus enaſci poſſit: Cape huius rei aliud fortè adhuc rudius exemplum ab ijs, qui circa circuli menſuram laborant; his omnibus vnicum eſt fundamentum propoſitum, nempe vt ex dato circulo magnitudinem lineæ circumcurrentis definiant: ſed in operibus plurimum inter ſe differunt. Viatores & id genus rudiores artifices, ſeu opifices diametrum ter ſumendo circumcurrentis longitudinem ſe conſtituere dicunt; ſed ſi propius aſpicias, facilè cernes neceſſarium eſſe hoc ab ipſa veritate deficere ſexies tanto quanto hexagoni circulo inſcripti latus deficit à ſinnoſa, cui ſubtenditur. Geographi & Phyſici propius accedunt ad limam, longitudini tres dimetientes parenti partem vnam diametri ſeptenam adijciendo, vt circumcurrentis ad dimetientem ratio euadat non multiplex, ſed tripla ſeſquiſeptima, quæ ipſa quoque quadantenus veritatẽ tranſcendit: Nam ratio circuncurrentis ad diametrum minor eſt, quã 220. ad 70. & tamen proximè maior quàm 223. ad 71. inter quas media ratio reperitur eſſe, vt partes 3.8′.30″.42‴. Admonendum tamen, quod partes minutas non niſi decies milleſimas contempſi: nam huius rationis medium ſimpliciter enunciare, vel ſumere non eſt conceſſum hominibus. Qui ergo longitudini tres dimetientes parenti partes ſexageſimas, ſeu vt vulgo loquuntur min. 8′.30″.42‴. adijciunt, vt faciunt accuratiores Aſtronomi, ij præ omnibus alijs operatoribus lineę circumcurrentis extenſam, limitatamque magnitudinem definiunt.

Ex his, quæ commemoro ſatis patet, quàm multipliciter opificum operationes variant ab eo fundamento, quod mente concipitur; non enim omnia, quæ mens ſubtiliter concipit, ſtatim & ſemper in operibus artis exprimere poſſunt homines, & quandoque etiam ſi poſſint, tamen tales operationes vitandorum laborum & effugiendarum difficultatum immenſarum gratia declinant. Id quod Ptolemæo quoque

his

his accidiſſe eſt manifeſtum, ipſe enim hic in ſua Theoria vnum dicit eſſe fundamentum, & vnicam eſſe ſolum rationem dirigendi naturalem, qua ſumantur Aequatoris tempora per circulũ poſitionis Aphæticum tantiſper tranſmiſſa, donec locus ſequens ad circulum illum poſitionis Aphęticum perferatur ad vnguem: poſtea verò quæ ſic mente conceperat, & veriſſima naturaliaque & vnica eſſe pronunciauerat, in operationibus numerorum exponere volens non reperitur ea aſſequi, niſi ex interuallo valdè longo, fereque ita ſicut viatores circumcurrentis extenſæ menſuram ruditer accipiunt, pro circulis poſitionum Aphæticis & horum horarijs temporibus culminibusque Horizontes & meridionales & horaria tempora regionum vſurpando. Certa ſunt hæc, quæ refero, & clariora iam facta, quàm vt amplius in controuerſiam vocari debeant, & ex ſe etiam non erant ita cooperta, vt ſi mentẽ appoſuiſſent, non debuerint agnoſci ab ijs, qui præſentis loci obſcuritatem eleuarunt; atque de hac directionum materia verè iudicare volentes, magna cum iactura artis ſic expoſitam prodiderunt, quaſi modis operandi, quos Ptolemæus hic delegit, atque exemplis numerorũ illuſtrauit, veraciter, & ad vnguem exprimeretur illa dirigendi via, quam per contemplationem inuenerat eſſe naturalem, & ſolum vnicam, & non plures. Aliæ verò operationes, quales in circulis poſitionũ Aphæticis ſumuntur, & quales hactenus expoſuimus, ab illa via naturali vnica, & ab intentione Ptolemæi deficerent. Quod iudicium æquè peruerſum dicere licebat, ac ſi qui iudicarent circuli diametrum in ſua circumferentia verè ter inueniri, non autem ter additis eius minutis partibus 8′. 30″. 42‴. vt paulò ante hanc menſuram exquiri dicebamus. Quapropter per euactioſim iudicia ipſorum inuertendo ad vnguem rectè iudicabis, vt enim viatores dimetientem ter ſumendo nõ conſtituunt ad vnguem, ſed ruditer & ἐν πλάτει, hoc eſt cum quadam defectus differentia, ab accuratioribus harum rerum dimenſorib. neutiquam contemnenda, circumcurrentis lineæ in directum extenſam longitudinem; ita & præſentes Ptolemæi operationes, quibus hominibus acceſſum ad vnicam illam naturalem viam monſtrabat, ad propriã eius intentionem nunquam ad vnguem, ſemper ἐν πλάτει, & cum exceſſu, & defectu quodam ab accuratioribus minimè contemnendo, accedunt, excepto ſitu ſignificatoris in Horizonte, vel meridionali climatis. Et rurſus ſicut illi, qui dimetientem ter ſumptum augent eius partibus minutis 8′. 30″. 42‴. conſtituunt circumcurrentis extenſæ magnitudinem omnino pro viribus humanis exquiſitam, excluſo omni non tantum patente, verùm etiam omni alio errore, quem ſenſus aliquis percipere poſſit; ita & opera illa mediantibus poſitionum circulis Aphæticis peracta taliter, quemadmodum in tabulis directionum Mõteregij præcipitur, vel etiam qualiter nos in præſenti commento ad

imita-

imitationem Ptolemei modorũ expoſuimus pro viribus naturalibus, adimplent Ptolemæi naturalem & vnicam illam intentionem, excluſo penitus omni errore non ſolùm ad paruitatem contemnendo, ſed & omni alio, qui ſenſu notari poſſit, ſi vt dixi, diligens in opere fueris, atque loca, deuiationes, & declinationes ſiderum exquiſitè ſumpta, conſtitutaque habere poſſis, id quod ob motuum doctrinæ imperfectionem quãdam eſt valdè arduum, & ob hanc cauſam operibus quan tumuis accuratis plerumque erroris quippiam intercedere, & ammiſceri eſt neceſſarium. Vterque etiam & Monteregij, & quem, hic propoſui operandi modus non tantum vnicam & naturalem Ptolemæi viam, intentionemque exprimunt ad vnguem; verum etiam prorſus inter ſe conueniunt, vt par eſt: fieri enim non poteſt, vt quæ vera ſunt inter ſe aliqua parte diſcordent. At operationes, quarum duas in hoc capite poſuit Ptolemæus haud obſcurè inter ſe quoque diſcrepare reperiuntur, vt patebit. Vnde nil mirum eas diſſentire à vera illa & vnica naturalique via, quam contemplatione conceptam enunciauerat. Nam quæ qualitercunque praua ſunt, non poſſunt conuenire veritati, neque inter ſe niſi per accidens. Neque verò eſt, quod mihi obijciatur, dextraxiſſe me quippiam hic Ptolemæo, quaſi ipſe planè ignorauerit operationes, quibus ſuæ intentionis exprimeretur verè ſpeculatio. Hoc ego non dico, vnde nec aliquo iure mihi poterit obijci. Cęcum & amentem conuenit eſſe ſi quis putet eum, qui Almaieſtum condere potuit, circulos poſitionum Apheticos ſumere non potuiſſe: dico tamen, Ptolemæum non habuiſſe in promptu rationes aliquas paratas & tales, quibus tolerabili hominum labore incederetur ad exquiſitam ſæpius memoratæ contemplationis formam vnicam, naturalemque. Non enim parua res eſt, aut cuiuſuis potentiæ ſumere poſitionis circulum Apheticum, ſi deſcriptionibus particularibus huic operi ſubſeruientibus careat. Itaque & ob eam cauſam, cum Ptolemæus non haberet in promptu vias expeditas, & per quas mediocriter eruditis, & laboribus non planè intolerabilibus incedere liceret ad id, quod exquirebat, omiſſis arduarum ſupputationum ſcopulis tamquam ob induſtriæ, laborumque immenſitatem inſuperabilibus, propoſuit hic operandi vias duas, quibus homines ad memoratam vnicam illam & naturalem incederent viã, & quidem ſi non ad vnguem ſcopum attingendo, at ſaltẽ facili itinere, & laboribus tolerabilibus ad veritatem probabiliter contendendo; ſi ille habuiſſet, ſicut nos habemus, in promptu deſcriptiones numerorũ particulatim digeſtas & expoſitas, per quas circuli poſitionum Aphetici ſemper & vbique locorum facilè pateſcunt, proculdubio modos ſuarum operationum non aliter formatos propoſuiſſet, quàm nos modò expoſuimus: aut certè dixiſſet, vſurpandam, ineundamque eſ-

ſe rationem talem, qualem Monteregius expoſuit. Vnde perpetuam hic laudem, memoriamq́ue meretur Ioannes Regiomontanus, qui primus talium poſitionum edidit deſcriptiones tùm generales tùm verò particulares. Quin nec aſpernandus fuerit labor Cypriani Leouitij, qui ex generalibus particularia decerpendo has deſcriptiones auxit plurimum.

Ex his, quæ commemoraui benè intelligitur ab omnibus, qui intelligere volunt, & non ſunt rixoſi, quomodo acciderit, vt operationes Ptolemæi ab ipſius propria Theoria notabiliter diſtare percipiantur. Atque haſtenus de dirigendi modis exquiſitis ad intentionem Ptolemæi veram, quam vnicam ſolum & naturalem inueni planè ſufficienterque exprimendam aptis dicta ſufficiant. Iamque nihil ferè in hoc contextu reſtare video, quod non ſit declaratū luculenter. Quod enim finaliter dicit, vnumquodque de temporibus probabili ratione valere annum vnum, id ſuperiore, & in ordine decimo capite. De his, qui non nutriuntur, expoſuimus; quare eò recurre, neque enim decebat, vt ſemel prolixè dicta per tautologiam ſuperplenam in longum producerentur.

Ptolemæi textus.

Quapropter ſi apud finitorem Orientalem hæreat vitæ ſuſtentatiuus, & præcedens locus, conuenit vt accipiamus aſcenſionum tēpora, quæ concernunt partes vſque ad occurſationis locum ſupputatas. Tot enim tempora de Aequinoctiali poſtquam efferuntur, anæreta, ſeu interfector in Aphetæ, aut vitæ ſuſtentatiui locū tranſponitur. Si verò apud Meridionalem circulum reperiatur, tunc id obuolutione ſphæræ rectæ ſumemus aſcenſiones quantis nimirum quodlibet ſegmentum meridionalem tranſit. Si denique apud finitorem occiduum fuerit, quantis portionum intercapedinis quælibet deſcendit, hoc eſt quantis oppoſitæ illis aſcendunt. At ſi præcedens locus in triū memoratorū limitū nullo, ſed in cœli ſtationibus interiectis delineatur, tunc non amplius à dictis aſcenſionū deſcenſionumve, aut cœli mediationū temporibus, ſequentia loca ad eadem met, ſeu ſimilia cum præcedentibus deportabuntur, ſed potius à differentibus: ac ſimilis quidem & idem locus eſt ille, qui ſimilem atque ad eaſdem partes habet ſitum comparatione Horizontis æquè ac Meridionalis circulorum, illud verò quàm proximè contin-

git

git ijs, quæcunque inhærent vni alicui de hemicyclis per communes finitoris & meridionalis ſectiones deſcriptis, quorum ſinguli in eodemmet poſitionis habitu faciunt quàm proximè horam æqualem perinde ac ſi circa memoratas interſectiones circumuolueretur. Sanè & Horizon & meridionalis in eodem poſitionis habitu prætereuntur, verùm tempora, cum quibus ſignifer tranſit vtrobique conficiuntur inæqualia. Ad eundem modum etiam in aliarum abſceſſionum poſitionibus, fiunt tranſitus per tempora, quæ illic quoque ſint inæqualia.

Naibodæ Commentarius.

Hic contextus deducitur ex præcedente, eſtq́; partim ex ſe clarus, maiore verò ex parte per ea, quibus præcedentem textum expoſuimus, ſatis apertus. Dixerat vnicam & naturalem eſſe dirigendi viam, per quam nimirum ſumuntur Aequatoris tempora, quæ interea dum locus ſequens ad locum præcurſoris hærentis in Horizonte, vel in meridionali climatis, vel in aliquo alio poſitionis circulo deportatur, tranſmittuntur: idque ſiue per aſcenſiones præcurſore tenente medietatem mundi in genitura ſcandentem: ſeu per deſcenſiones, ſi præcurſor in medietate deſcendente verſetur.

Itaque & ob eam cauſam iam ſubſeqnendo intentionem in ſpecie concludit, & aſtruit ex memorata directionis definitione ſequi, ſi præcurſor ſit in Horizonte ortiuo, vel occiduo genituræ, tempora directionis exquiſitè definiri per aſcenſiones, vel deſcenſiones climatis, & ſimiliter per cęli mediationes, ſeu per aſcenſiones rectas, vt loquũtur, ſi præcurſor culmen genituræ teneat. At ſi præcurſor horum genituræ cardinum nullum habeat, atque in cęli ſtationibus, quæ genituræ centris interijciuntur, detineatur, tum loca promiſſorum ſequentia perferuntur ad eadẽmet, ſeu ſimilia cum locis præcurſorũ non ampliùs per tẽpora Aequatoris in climate aſcendentia, deſcendentiave, vel cœlum mediãtia, ſed potius per tempora Aequatoris alia, quę ab his plurimũ differant, & inſinuat tẽpora in circulo poſitionis aphetico tranſmiſſa: Nam hæc, vt patuit, multum differunt ab illis, nam ſigniferi gradus non tranſmittuntur æqualibus temporibus per Horizontem genituræ, & per culmen eiuſdem, & rurſus ab horum vtriſque diſtantibus temporibus tranſeunt per poſitionis circulorum quemlibet, quos facit nominibus ſimilium locorum inſignes. Et ne de ipſius intentione ſententiaque ambigeremus, aut de locutionis obſcuritate iure quæri poſſemus, ipſe more Geometricorum quaſi definiendo exponit, quid

per ſimilitudines locorum in hac diſciplina velit intelligi: ſimilis, inquit, & idem valens eſt ille, qui ſimilem atque ad eaſdem partes habet ſitum tàm reſpectu Horizontis, quàm meridionalis geniture.

Mentem verò te decet hic apponere, vt ad interna ſermonis Ptolemęi penetres, neque ſemper in cortice verborum verſari deprehendaris.

Omnes coluri,ſeu circuli per mũdi polos deſcripti ſunt inter ſe vbique ſimiles, ſed interim non vbique pariter inter ſe diſiunguntur: ſed maximè plurimumque in media tumentis globi altitudine, per quam circulus Aequinoctialis incedit, reliquorum hinc inde in ipſis abſcedentium locorum quanto magis deijciuntur, deſcenduntque ad polos, tanto minus etiam diſiunguntur, & diſtant: ſemper tamen vnam,& eandem ſimilitudiuem ſeu qualitatem cuſtodiendo.

Nam ad permutatam figurarum, ſituumque quantitatem non eſt neceſſarium permutari qualitatem, vt quidam pueriliter imaginantur: veluti exempli gratia, coluri ſolſtitiorum Aequinoctiorumque non minus diſiunguntur quadrante propè polos, quàm in media tumentis globi altitudine, licet interea quadrantes valdè paruos eſſe conueniat reſpectu eorum, qui medium pilæ tenentem tumorem præcingunt.

Eodem modo capiuntur in circulis poſitionum ſimilitudines, quas faciunt ſiue ad Horizontem genituræ ſiue etiam ad proprium culmen, aut denique alios circulos per horizontis & meridiani commiſſuras deſcriptos comparentur. Ita fit & efficitur, vt ſtella ſiue in Brumali, ſiue in Aequinoctiali, ſiue in Aeſtiuali, ſiue etiam inde longiùs in Septentrionem recedente ortu Horizontem conſcendens, ſemper in ſimili eodemque quadrantis habitu concernat circulum meridionalem, quamuis interea quadrantes ad Aequinoctialem omnium maximos eſſe contingat, quique longè ſuperent magnitudine quadrantes per ortum brumalem, æſtiualemque incedentes: & hi rurſus excedunt reliquos magis ad horizontis & meridionalis commiſſuras deiectos. Id verò de horizonte ad meridionalem comparato dictum, ſimiliter intelligitur de quolibet circulo poſitionis alio tàm ad meridionalem,quàm ad horizontem comparato; Nam & hi ſemper in eodem qualitatis habitu diſiunguntur, licet plus diſtare eos ad ortum Aequinoctialem, tanto verò minus quanto propius ad horizontis cum meridionali commiſſuras acceſſerint,ſit neceſſarium. Hic ſi tu me ſatis intellexiſti, non amplius ignorare poteris, quid propriè nominet Ptolemæus eundem,& ſimilem ſtellæ locum,qui videlicet cum aliquo alio in vnum, eundemque circulum poſitionis cadit. Verbi gratia teneat præcurſor Horizontem apud exortum Aequinoctialem,idque ſiue in ortu Aequinoctiali,ſiue in Brumali,ſiue Aeſtiuali, ſiue adhuc

magis

magis ad mutuas horizontis cum meridionali ſectiones deiecto, tunc ſemper locus ſequens dicitur habere locum eundem, vel locum ſimilem cum præcurſore, quæ ſimilitudo intelligitur reſpectu meridionalis circuli: nam vt dixi, meridionalis & horizon vbique ſimiliter diſiunguntur, licet per medium tumorem incedens diſiunctio longè maior ſit, & excedat diſiunctiones, quæ hinc inde ad illorum circulorum commiſſuras ſuccedunt.

Similiter iudica de idemptitate & ſimilitudine iſtorum locorum in aliquem poſitionis circulum incidentium: nam & circuli poſitionis ad meridianum, vel etiam ad horizontem regionis comparati vbique ſimilem habitum cuſtodiunt, tàm in media tuberoſitate, quàm propè iſtorum circulorum commiſſuras. Sed quare dixit Ptolemæus, hunc ſimilem ſitum conſiderari ad eaſdem partes? Dico quod per eaſdem partes intelligit, mundi medietatem ſcandentem vel deſcendentem, ſunt enim duo genera poſitionis circulorum, & qui intelliguntur in parte mundi aſcendente aliter reſpiciunt ad horizontem, meridionalemque, quàm reliqui medietatem mundi in genitura deſcendentem intexentes. Hæc eſt ſimilitudo locorum circulis poſitionum hoc loco aſſignata per Ptolemæum, & poteſt dici in ordine tertia, ſi annumeres alias duas ſimilitudines, quas eis ſupra aſſignabamus. Hæc, quam ruditer memoraui, eſt ipſa Ptolemæi intentio, licet ipſius modus dicendi, concludendique ſit alius, atque in extremo acutus.

Ipſe enim primò ſimilem & eundem locum introduxit, & dixit eſſe eum, qui vel horizonti, vel meridionali climatis, & ad eaſdem partes, hoc eſt in mundi medietate quæ in genitura ſcandit ad ortiuum, in deſcendente verò ad occiduum horizontem comparatus, ſemper eandem, ſimilemque habitudinem cuſtodit: poſtea verò hic quaſi ſubſumendo attexuit, quod hoc proximè contingat circulis poſitionum. Eſtque locutio talis perinde ac ſi dicas, animal rationale eſt bipes implume, incedens, erecto capite, & hæc omnia proximè inueniri, cernique in homine.

Ad eundem modum ipſe ſimilis inquit locus eſt, qui vel horizonti ortiuo in medietate ſcandente, vel occiduo in medietate deſcendente: aut etiam meridionali climatis comparatus, ſemper & vbique tam in medio tumore, quàm in ſtricturis inde deſcendentibus, ſimilem tutabitur habitum, id verò quàm proximè contingit circulis poſitionum.

Etenim horum deſcriptio vera continetur illis verbis, quando dicit illud quàm proximè contingere ijs locis, quicunq; inhærent vni alicui de hemicyclis per meridionalis & horizontis commiſſuras incedentib. eſtq; quaſi definitionem horũ circulorum loco ipſorummet poſitionis circulorum poſuiſſet, & addit, quod horũ circulorũ ſinguli in eodemmet po-

met poſitionis habitu faciunt quàm proximè horam æqualem, hoc eſt iſtorum circulorum poſitionis quilibet, & in ſui parte qualibet ſiue eum per medium verticalis tumorem, ſiue per ſtricturas ad horizontis & Meridionalis commiſſurarum extrema ſecedere, vel deijci intelligas, ſemper facit horam æqualem, ſeu parem temporis tùm ab horizonte, tùm verò à meridionali climatis diſtantiam, perinde ac ſi mundus in horizontis & meridionalis cõuerteretur interſectionibus. Quod tamen ita non eſt; reuoluitur enim re vera mundus in Aequatoris polis, per quos ſi cogites deſignari duodecim, verbi gratia coluros, quos in ſpecie horarum diſtinctores nominare licet, quia videlicet ab illis non tantum ipſe Aequator, verum etiam omnes ei æquidiſtantes circuli paralleli ſecernantur, in ſpatia vigintiquatuor horarum æqualium: fiet ſibi liquidum, ſpatia illa horarum in circulo Aequatore patere latiſſimè, ſtrictiſſimæ verò ſentire prope mundi polos, & tamen facere horam æqualem, hoc eſt non differre magnitudine temporis, & paribus omnino & ad vnguem partibus temporis reuolui eò maximè quod æquator licet ſit parallelorum illorum maximus, non tamen ob id longiore tempore circumducatur, aut periodum abſoluat, quàm aliquis parallelorum minimus illorum, non tamen ob id longiore tempore circumit, quàm magnorum reliqui, qui ad mediam tumentis mundi altitudinem dilatantur. Omnium enim iſtorum arcus ſimiles æqualem faciunt horam, parique mora temporis voluuntur, quamuis interea neceſſarium ſit motu mundi quotidiano, ad quem omnes æquidiſtantes pariter circumeunt, reuoluunturque ipſum Aequinoctialem omnium validiſſima, concitatiſſimaque agitatione affici; reliquos verò parallelos ab Aequatoris amplitudine vaſtiſſima deficientes tanto vehi languidius, quanto à media tumentis globi ſublimitate magis ad humilitatem polorum deijciuntur, propterea quod æqualibus temporum ſpatijs circumactorum ea, quæ ampliorem ambitum conficiunt, ocyus ferri conueniat, quàm quæ minores deformant circumferẽtias. Hanc ſimilitudinem locorum, quam Aequatoris & parallelorum eius arcus, licet plurimum diſtantes magnitudine, tamen conſtanter inter ſe ſimiles faciunt in coluris ſeu horarum diſtinctoribus, vt tibi iã quaſi ocular iter demonſtrauimus; ſi ſimiliter cogites effici fieriquo in circulis poſitionum, idque per ipſum maximum communiter nominatum verticalem, meridionalemque erectum orthogonaliter, & per huius æquidiſtantes, qui hinc inde ad humilitatem Horizontis meridionaliſque commiſſurarum deſcendentes magis magiſque contrahuntur, tunc ad vnguem præſentium Ptolemæi verborum ſententiam veram nanciſceris. Nam memorati verticalis, & huius æquidiſtantium circulorum minorum portiones, quæ à circulis portionum intercipiũtur, quamuis magnitudine quaſi in vniuerſum diſtare poſſint; tamen con-

ſtanter

ſtanter inter ſe cuſtodiunt mam ſimilitudinem , horamque æqualem faciunt, ſeu quod idem eſt circulos poſitionum, quibus interijciuntur, inter ſe vbique diſtare paribus temporum moris omnes æquè demonſtrant perinde ac ſi mundus conuerteretur in communibus horizontis & meridionalis intercectionibus , vel perinde ſicut monſtrabamus accidere coluris ſeu horarum diſtinctoribus per Aequatorem, & huius parallelos, circa quorum polos conuertitur mundus. Hoc enim idē valet & vtrumque inſinuat Ptolemæus.

In Auguſtano exemplari legitur ὧν ἕκαστον κατά τινα αὐτοῦ ζῶσιν ἴσην ἐγγύτατα καιρικὴν ὥραν ποιεῖ, ideſt quorum quilibet in eodem poſitionis habitu facit horam temporalem quàm proximè æqualem , & certè uoculam καιρικὴν non ab re quis diceret omiſſam fuiſſe in vulgatis exemplaribus neque enim planè vacat ratione : Nam circulis poſitionum propriè conuenit diſiungi horis temporalibus, ſicut coluris peculiari quadam ratione competit diſtingui horis. Aequatoris æqualibus . Verbi gratia coluri quadrante diſtantes ſemper & vbique diſtinguuntur ſex horis Aequinoctialibus, non autem temporalibus. Et vice verſa horizon & meridionalis culminans ſemper, & vbique, & in omni parte diſſidēt ſex horis temporalibus , non autem Aequinoctialibus . Neque eſt in climate videre horum generum conuenientiam , niſi tunc , cùm ſigniferi puncta Aequinoctialia ſeu Arietis & libræ capita horizontem occupauerint . Nam in ſphæra erecta nunquam reperitur aliqua horarum Aequinoctialium & temporalium differentia . Sed abſque memorata vocula benè ſtat, & procedit ſententia Ptolemæi, ſicut eſt oppoſitum . Nam ſi horizontem cogitatione ſuper axe , quem præſtat mutua iſtorum circulorum, externorum ſectio, conuertendo ad Meridionalem admoueas, accidet & eueniet iſtis circulis ἀθρόως , hoc eſt ſimul concretio, ſeu coaleſcentia, neque ipſorum aliquæ partes concreſcendo præcedent concretionem vniuerſorum , & antequam omninò & in vniuerſum coaleſcant, coincidantque ſemper & vbique , & omnes ipſorum partes diſiungentur hora, ſeu mora temporis æquali: neque intererit multum vtrum horis æqualibus, an verò temporalibus eā metiamur, vt ſit conſentaneum Ptolemæum ſimpliciter ſcripſiſſe , memoratorum circulorum ſingulos facere horam æqualem, & ideò omiſiſſe voces temporalis vel Aequinoctialis adiectiuas, quod ſic factā horam vtrouis genere horarum dimenſam intelligere liceret. Quod argumentum ſuſpectam facit voculam καιρικὴν, fierique poteſt, aſcriptam fuiſſe ab aliquo, qui Ptolemæi lexin generalem in ſpecie ad horas temporales reſtrinxit; poſtea verò in contextu à librarijs raptam .

Sed quare dixit Ptolemæus memoratorum circulorum quemlibet facere horam æqualem ? nunquid quod iſtam æqualitatem alicubi defectu quopiam aut exceſſu cōturbari putaret ? Reſpondeo quod non:

neque

neque enim Ptolemæus æqualitati putabat ineſſe quandam inæqualitatem. Ergo quod dicit memoratarum poſitionum quamlibet facere horam æqualem quàm proximè, id intelligere debemus reſpectiuè, & comparatione aliorum circulorum, qui etiam faciunt Meridionali, horizontique horam quadamtenus æqualem, non autem proximè æqualem, neque in omnibus ſuis partibus, ſicut faciunt circuli poſitionum. Vnde intelligere nobis licet coopertam conteſtamque eſſe in Ptolemæi verbis circulorum poſitionis ad circulos coluros ſeu horarum diſtinctores, comparationem, ac poſitiones quidem ſemper & vbique, hoc eſt in omnibus ſuis partibus, & in omni climate faciunt meridionali, horizontique horam ad vnguem æqualem, & quàm proximè, præque cæteris circulis omnibus ad meridionalem, & horizonta comparatis. Coluri verò ad meridionalem, horizontaque comparati faciunt & ipſi quoque quandam horæ æqualitatem, ſed tamen non proximè conficiunt æqualem horam, neque in omnibus ſui partibus, neque in omni climate ſimiliter, ſed in alijs regionibus plus ad illam æqualitatem accedunt, in alijs verò longius remouentur ab eodem. Sanè in ſphæra erecta poſitiones, & coluri planè coæquantur, & conueniunt in omnibus, neque percipitur iſtorum circulorum vlla penitus differentia. Vbi quoque axis abnutus magnus non eſt ibi quoq; coluri faciunt horam ferè æqualem, & licet æqualitas illa horæ turbetur quadamtenus exceſſibus defectibusque; tamen non ita notabiliter, vt contemni non poſſit ab ijs, quorum operationes nõ ſunt exquiſitæ. At vbi axis inſigniter abnuit, horæ quam coluri ad meridianum horizontaque comparati faciunt, æquabilitatem tanto maioribus defectibus exceſſibusque conturbari cõuenit, quanto maior fuerit ille axis abnutus. Hanc autem iſtorum circulorum inter ſe comparationem ideò inſinuauit Ptolemæus, quod ſciret modos operãdi, quos eſt paulò poſt expoſiturus, non eſſe exquiſitos, aut circulis poſitionis, quos illi ſumere tunc erat difficile adaptatos, ſed vtrumque & probabiliter lataque via innitere, vbi videlicet pro ipſis poſitionum circulis ipſis adiacentes coluri ſumuntur, atque ad medium cęli regionis comparantur, & pro ipſorum indidem differentia per horaria climatis tempora menſurata conficiuntur vtcumque directionum tempora. Quæ omnia qui intelligunt aut intelligere velint, deſinent mirari, cur operationes Ptolemæi à propria theoria principalique intentione haud vulgariter abeſſe cernantur, præſertim in noſtris regionibus, quibus axis duplo ferè plus quàm Aegypto abnuit. Non ergo iure dicere poteris luſiſſe me operam hic ſuperfluo aliquo verborum Ptolemæi examine. Nam hæc diligens dictionis exploratio patefecit vtrumque fundamentum, & cui vera illa vnica & naturalis dirigendi via, quam in contemplatione vidit, & probauit, innititur, & cui iterum ſuas ſuperſtruxit

perſtruxit operationes. Quod quàm debile ſit fragileque, & quantum abſit à reliquo indidem ſatis notum eſt. Quem verba Ptolemæi diligentius, & accuratius expendendi laborem, ſi non refugiſſent nonnulli, hic non aberraſſent, neque errare feciſſent infinitos alios.

Finalis huius loci clauſula, quæ incipit ibi, [Sanè & horizon & meridionalis in eodem poſitionis habitu prætereuntur,] habet ſe etiam inſtar cuiuſdam in arte definitionis, eſtque firmum principium, cui vera & vnica ſolidaque & naturalis illa dirigendi via inędificatur. Dicit Horizonta, & meridionalem præteriri, ſupple ab Aequatore & eius parallelis tranſiri, & quidem in eodem poſitionis habitu, hoc eſt conſtanter cuſtodiendo anguli magnitudinem rectam, ac apud meridionalem quidem omnem ſemper cuſtoditur, & manet inuariabilis anguli recti magnitudo. Apud Horizontem quoque angulus, quem ſumit Aequator, nunquam permutatur, niſi clima permutetur.

Vtrobique itaque & per meridianum quemlibet, & ſimiliter per climatis cuiusque Horizontem, circulus Aequinoctialis equabiliter tranſmittitur, vtrinque ſumptam anguli iuſtam magnitudinem ſemper & conſtanter tenendo. Huius contrarium contingit vtrobique & apud meridianum, & apud cuiuſuis climatis Horizontem concomitanti ſignifero, qui per vtrumque horum circulorum iniquè prætérit, & continenter obliquatione ſinuoſa ſuos tranſitus mirè variat, nullā vnquam conſtantem angulorum magnitudinem faciendo; quo fit, vt ipſius tranſitus in tanta varietate, & inconſtātia nullo modo alio menſurari poſſint niſi per vicina, ſimulque tranſeuntia æquatoris tempora, vt te ſtudioſè Lector ex Aſtronomicis inſtitutionibus hæc noſce conuenit. Tranſit autem ſignifer temporibus Aequatoris inæqualibus non tantum apud meridionalem & horizonta, verumetiam quælibet eius pars aliter tranſit meridionalem, & aliter horizonta. Similiter autem alios circulos poſitionum inæqualiter tranſit, & admittit variationem tranſmiſſionum, quæ diſcordant cum tranſitibus, quos & per meridionalem & per horizonta delatus faciebat.

Ex quibus omnibus facilè concluditur, ſi ſignificator extra geniture cardines reperiatur in aliquo poſitionis circulo, tunc ſequentes promiſſores deferri ad ſimilitudinem ſignificatoris, neque per climatis aſcenſionum, deſcenſionumve, nec culminationum Aequatoris tempora, ſed potius per alia, atque ab illis, vt patuit, valdè diuerſa, quæ videlicet tranſmittūtur per circulum poſitionis ſignificatoris interea, dum locus promiſſoris ſequens præfertur ad locum ſignificatoris precedentis. Atque hactenus de vero directionum fundamento dictum eſt. Quod ſi qui ex his, quæ aperta ſimpliciterque clara protulimus, intelligere nequeant, vel intellectum admittere nolint, eos valdè ſtupidos, vel propter decorem rixoſos, conceptionumque falſarum vanos propugnatores eſſe conuenit.

Additio Io. Antonij Magini.

Valentini Naibodæ modus deducendi ſignificatores extra angulos conſtitutos ad ſuos promiſſores, quem de mente Ptolemæi in ſuperiori commentario deſcribit, videtur quaſi eſſe ſimilis noſtro quinto modo dirigendi Canone 45. noſtrarum tabularum directionum expoſito. Noſter tamen modus multo planior ac expeditior illo eſt, vt nunc, collatione vtriuſque modi inuicem facta, aperiemus, quin etiam operam dabimus hic vt ipſius Naibodæ modus per noſtras etiã tabulas promptius poſſit exerceri.

Primo itaque præcipit Naiboda, vt colligamus per 20. Problema Regiomontani circulum poſitionis ſignificatoris, & hoc ſanè pro tabulam poſitionum particularem polo regionis accommodatam, ope ſcilicet declinationis, ac diſtantiæ à meridiano ipſius ſignificatoris. Quod & nos præcipimus Canone 23. noſtrarum tabularum ijſdem medijs, ſed & ex generali noſtra poſitionũ tabula cum eiuſdem ſignificatoris diurno arcu poterit colligi per Canonem 30. arcus poſitionis ad eundem vſum.

Secundo idem Naiboda inquirit ad eleuationem polarem dicti circuli poſitionis modo inuenti arcum ſemidiurnum eiuſdem ſignificatoris. Sed & per Canonẽ 16. noſtrarũ tabularũ habebitur ipſe arcus ſemidiurnus, quãdo eleuatio poli nota eſt, hoc eſt quãdo exploratus fuerit arcus poſitionis per particulares poſitionum tabulas. Sed quando habetur arcus poſitionis ex generali noſtra poſitionũ tabula, ac proinde eleuatio poli circuli poſitionis ſignificatoris ignota eſt, neceſſe erit conficere ſemidiurnum arcum ſecundum ipſum circulum poſitionis ignotum auxilio aſcenſionalis differentiæ, quam Canon noſter 31. explorare docet. Hanc ſemidiurnum ſignificatoris arcum vtcumque inuentum ſubducemus deinceps à recta ſignificatoris aſcenſione verſante ipſo in cęli medietate aſcendente. Sed erit eidẽ addendus in reliqua medietate cęli deſcendente, & vtroque modo prodibit aſcenſio recta culminis dicti circuli poſitionis, idest gradus & minuta æquatoris in illo incidentia meridiano, ad quem circulus poſitionis perinde reſpicit, vt ait Naiboda, ſicut Regionis horizon ad ſuum meridianum refertur. Cæterum nos accipimus diſtantiã ſignificatoris à meridiano regionis, quæ ad eundem conducit finem, ſicut hæc tędioſa ac geminata Naibodæ operatio inuentionis arcus ſemidiurni ſignificatoris penes ſuum poſitionis circulum, & inuentionis puncti æquatoris in illo meridiano incidentis ad quem refertur tamquam horizon dictus circulus poſitionis.

Tertio accipit Naiboda diſtantiam promiſſoris à medio cęli culmine circuli poſitionis modo adiuento, nõ autem à meridiano regionis,

quam

quam ſanè vocat diſtantiam primariam, ſubtrahendo nimirum rectā promiſſoris aſcenſionem ab illa dicti culminis cœli ſi hæc fuerit illa minor contra verò ſi maior. Nos autem ſumimus diſtātiam ipſiuſmet promiſſoris à meridiano regionis quæ commodiorem habet vſum quā illa à meridiano circuli poſitionis.

Quartò & vltimo Naiboda conficit diſtantiam ſecundariā eiuſdem promiſſoris à iam dicto medij cęli culmine ipſius circuli poſitionis, inueniendo prius horaria tempora promiſſoris ad eleuationem polarem dicti circuli poſitionis, ac ipſa per ſex multiplicando. Sed quæſo quid aliud ſunt horaria tempora ſexies repetita ſeu per ſex multiplicata quàm arcus ſemidiurnus promiſſoris? Quamobrem expeditius erit, relictis horarijs huiuſmodi temporibus, accipere ſemidiurnum arcū promiſſoris, ſicut de ſignificatore diximus, nam ille quidem dicetur diſtantia ſecundaria à cęli culmine circuli poſitionis. Quæ poſtremo collatà cum primaria minorem de maiore auferendo ſicut docet Naiboda, vel ambas coniungendo quando ſunt ad diuerſas cęli medietates colligetur quæſitæ directionis arcus. Nos verò in hac vltima operatione diſtantiam ſecundariam promiſſoris quam referimus ad meridianum regionis, non autem ad meridianum circuli poſitionis promptius colligimus ex area columnæ circuli poſitionis in tabula poſitionum particulari cum declinatione ſcilicet promiſſoris, vel quidem ex area colūnæ arcus poſitionis in tabula poſitionum generali cum arcu ſemidiurno promiſſoris: atque vltimo calculum expedimus conferendo ambas promiſſoris à meridiano diſtantias nempe illam primariam quam obtinet in ſitu proprio ac alteram ſecundariam quam habet in ſitu ſeu circulo poſitionis ſignificatoris, nam minore de maiore dempta, quando ſunt ad eandem cæli partem orientalem nempe, vel occidentalem, vel ambæ ſimul coniunctæ, quando ſunt in diuerſis cęli medietatibus quas meridianus ſecernit, producitur directionis quæſitæ arcus, ſicut docuimus in dicto quinto modo 45 canonis noſtrarum tabularum directionum.

Vt autem hæc euidentius pateant, atque vt clarè percipiatur, noſtrū modum coincidere ad vnguem cum illo Naibodæ, accipiemus exemplum illud ſuum, vbi deducit Lunam ad corpus ♃, quem calculū abſoluemus per noſtram generalem poſitionum tabulam. Itaq; datur ☽ in gr. 11.0'. ♓ cum latitudine gr. 4.22'. Meridiana, cuius declinatio collecta fuit, à Naiboda gr. 11.29'. merid. & recta aſcenſio grad. 344.9'. 25". à qua recta medij cęli aſcenſione ſublata quæ eſt gr. 290. 4'. reliquum fit diſtantia ☽ à meridiano regionis gr. 54.5'.25". Cum declinatione autem ☽ ex tabula differentiarum aſcenſionalium excipio ad eleuationem poli regionis gr. 44.30'. aſcenſionum differentiam gra. 11. 27'. quæ de quadrante ſublata, relinquit arcum ſemidiurnum ☽ grad. 78.33'.

78.33'. cum quo & cum diſtantia ☽ à meridiano, quæ fuit inuēta gr. 54.5'.25". colligo ex generali poſitionum tabula arcum poſitionis ☽ gr.64.24'. Deinceps verò ad promiſſorem me confero, hoc eſt ad ♃, cuius longitudo datur gr.2.41'. ♉ cum latitudine gr.1.54'.merid. ex qua adinuenta fuit à Naiboda declinatio gr.10.38'. ſept.& recta aſcēſio grad.31.8'. à qua quidem cum aufertur recta medij cęli aſcenſio grad.290.4'.relinquitur diſtantia ♃ à medio cæli primaria grad. 101.4'. Vt autem adinuenimus ſecundariam eiuſdem à dicto meridiano diſtantiam, conficiemus primo arcum ſemidiurnum ♃, colligendo nimirum cum eius declinatione differentiam aſcenſionalē gra. 10.34'. ad eleuationem poli regionis gr.44.20'. atque ipſam quadranti addendo; ita enim prodit ſemidiurnus ♃ arcus gra.100.34'.cum quo ſub arcu poſitionis gr.64.24'. ipſius ☽ accipio arealem numerum(facta nimirum debita numerorum correctione) gr.73.54'.52". & hæc eſt diſtantia ſecundaria ipſius ♃ à dicto medij cęli culmine regionis, quæ vbi fuerit dempta à diſtantia eiuſdem ♃ primaria ab eodem culmine regionis quæ fuit gr.101.4'. prodibit arcus directionis gr.27.9'.8".ſatis conſentiens cum Naibodæ calculo.

Quòd ſi ad inſtar modi Naibodæ calculum perficere volueris,poſtquam adinueniſti arcum poſitionis ☽ gr.64.24'.opus erit ab hoc poſitionis arcu diſtantiam ☽ à meridiano regionis demere, quæ fuit gra. 54.5'.25". vt relinquatur aſcenſionalis differentia ☽ ad illam poſitionem gr.10.18'.35". quæ a quadrante detracta, relinquit arcum ☽ ſemidiurnum gr.79.41'.25". & hæc rurſus ab aſcenſione recta Lunæ gr. 344.9'.25". ſublata manifeſtat medium cęli dicti circuli poſitionis in gr.264.28'. Hanc verò ſubduco à recta ♃ aſcenſione gr.31.8'. integro circulo aucta,& relinquitur diſtantia ♃ primaria ab eodem medij cęli culmine gr.126.40'. Secundaria autem eiuſdem ♃ ab eodem cęli culmine obtinebitur, ingrediendo cum arcu ſemidiurno ♃ qui ſupra innotuit gr.100.34'. & colligendo arealem numerum gr.73.54'.52". ſub arcu poſitionis ☽ gr.64.24'. quorum amborum numerorum differentia nempe grad.9.30'.52". patefacit differentiā aſcenſionalem ♃ ad illum ſitum,quæ quadrāte aucta euadit arcus ♃ ſemidiurnus gr.99.30'.52".qui pro ſecundaria diſtantia ♃ à iā memorato cęli culmine vſurpatur. Hæc verò à priore reiecta relinquit arcum huiuſce directionis gra.27.9'.8".ſicut prius.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

VENETIIS, MDCVII.

Apud Bartholomęum Rodellam, Hæredem Damiani Zenarij.

Ad Salamandræ Signum.

X [illegible]